

Q. D. B. V.

# HEAVTOMETRIA

---

EX DIVINO ORACVLO PAVLLINO  
II. AD CORINTH. X. 12. 13.

SVPERIORVM INDVLTV

PRAESIDE

M. IO. ANDREA FABRICIO

P. O. A. SOCIET. FLOR. NORIMB. SOCIO  
CIVIVM VINAR. ET IENENS.  
INSPECTORE


EXHIBITA ET DEFENSA  
AB

HENRICO RECK

CAMPODVNO-SVEVO, S. S. STVD.

IN ACADEMIA IENENSI CID IDCC XXXXVIII  
D. XXX AVG. H. L. Q. C.

---



---

IENAE EX OFFICINA RITTERIANA.

oll. diss. A  
, 63

27

a. XXXI. 63.

f.

6 D R N

# HEAVTOMETRIA

EX DIVINO ORACULO PAULLINO  
II AD CORINTH X 12 13  
SUPERIORVM INDVLTVM  
PRAESIDE

M. IO. ANDREA FABRICIO

R. O. A. SOCIET. PLOM. NORIM. SOCIO  
CIVILIS VIMAR. ET LINENS  
INSPECTORE

EXMISIT ET DEFINSA

HENRICO REICHERT



IN ACADEMIA IENENSIS  
D. XXXV. M. C. LXXV.



LENAE EX OFFICINA ALTHANIANA



HEAVTOMETRIA  
EX ORACULO PAVLLINO  
II. AD CORINTH. X. 12. 13

CONSPECTVS DISSERT.

**P**ROOEMIUM §. I. LAVS epistolaryum PAVLLINARVM. §. II. TEMERE accusantur obscuritatis ex II. PETRI III. 16. §. III. QVOD probatur, §. IIII. ET probatum iam est ab aliis. §. V. FALLVNTVR et fallunt qui inde obscuritatis S. scripturam insimulant. §. VI. SVNT tamen in epistolis PAVLLINIS quaedam difficulter intelligenda ex variis causis §. VII. VIII. VIII. EXEMPLI loco esse potest oraculum II. COR. X. 12. 13. TRACTATIO exhibet primo sectionem explicantem sensum huius dicti et quidem §. X. textus authentici analysis. §. XI. variantes lectiones eius cum examine, §. XII - XXXVIII. versiones et interpretum varii generis sententias varias, cum iudicio. §. XXXVIII. Duplicem sensum possibilem §. XXXX. VNICVM probabilem §. XXXXI. qui adstruitur pluribus: SECVNDO sectionem §. XXXXII. proponit heautometriam definientem et adplicantem. §. XXXXIII. QVILIBET a deo et natura vires quasdam habet et dona quaedam, §. XXXXIII. certa quidem mensura et proportione, §. XXXXV. hanc mensuram nosse quiuis debet, §. XXXXVI. eamque iusta ratio-

ne et modulo adhibere, §. XXXXVII. ita ut nec nimium sibi tribuat, §. XXXXVIII. nec diffidentia in seipsum iniurius sit nimia, §. XXXXVIII. modulus ad quem ista mensura est exigenda, §. L. non est unius cuius vis opinio, §. LI. nec opinio aliorum vel amicorum vel inimicorum, §. LII. sed regula diuina in sacris litteris tradita et recta ratio. §. LIII. omnia ad dei gloriam, sui aliorumque perfectionem et felicitatem dirigenda docet, §. LIIII. notat abiectum animum diffidentem nimium, §. LV. fastum spiritalem, nimiam prae se ferentem confidentiam, §. LVI. contentum aliorum adroganter sibi sumentem, nimias aliorum laudes sectantem et famam aut opes aucupantem, §. LVII. hinc prurimum conuertendi alios prae se ferentem, §. LVIII. declamationibus ubique se ostentantem loquacitatem sine sapientia et prudentia cum περιουτολογία adfectantem, §. LVIII. caecam obedientiam et adulationem aliis exhibentem et postulantem ab aliis, imperium in alios sibi tribuentem, maxime in conscientias, §. LX. commendat examen spirituum, et in declarandis sibi conlatis viribus prudentiam, §. LXI. vitanda contra vitia, etc. ostendit, §. LXII. conclusio.

A

PRO-

## P R O O E M I V M

## §. I

**G**ENTIVM variarum primi praestantissimique noui foederis doctoris, ab optimo feruatore ad instaurandam credentium pie societatem missi, diui PAVLLI, scriptas ad diuerfos epistolas, summa doctrinae christianae capita et mysteria continere, norunt omnes, qui eas debita attentione et reuerentia legere atque relegere consueuerunt, quibusque de meliori TITAN finxit praecordia luto, quam quondam, vt aiunt, PETRO BEMBO, illas nomine *epistolacciarum*, de quo tamen valde dubito, barbaramente satis contemnenti. 1) RECTE hanc in rem FRID. BALDVINVS: PAVLLI *scripta*, inquit, 2) *umbram quidem epistolarum habent, in ipso vero meditullio. non nisi thesaurus rerum pretiosissimarum, quas non epistolis familiaribus, sed monumentis quouis aere perennioribus inculcare solemus, continetur*; cum quo consentit PETRVS RAVANELLVS adserens, 3) *quod scripta apostolorum epistolae quidem vocentur, sed improprie; cum in illis habeantur proluxae et adcuratissimae rerum tractationes et explicationes.* SCRIPTVRAE quoque genus, quo vsus est, in iis, si fontes ipsos sacros spectes, diuus apostolus, egregium, concitatum, vehemens, et ad sublime accedens, satis dignum tantis ab ipso rebus prolatis et prorsus diuinum, aequi litterarum

1) VID. BAYLE in *dictionnaire* voce BEMBUS, qui THOM. LANSIVM primum in hac re BEMBI accusatorem nominat. HENRIC. ERNSTIVS in ARISTARCHO PHILOSOPHICO p. 201. seq. LEONI X. P. M. tribuit, quod epistolas PAVLLI adpellarit *ineptias*, BEMBO autem haec verba: SEMEL *legi biblia, si iterum mihi legenda essent, omnem perderem LATINITATEM*: vtrumque sine auctore fide digno. TH. CRENIVS *animadu. philol.* p. III. p. 28. NIHIL sane de hoc BEMBI sermone in vita eius a IOANNE de la CASA

scripta, et a N. H. GVNDLINGIO edita, Halae 1708. in 8. nihil in 10. IMPERIALIS *museo*, p. 20. nihil in I. I. BOISSARDI *bibliotheca* gent. I. p. 235. Defendunt praeterea THVANVS *hist. lib. III.* p. 63. IO. FABRICIVS *hist. biblioth.* p. III. p. 79. alii

2) In praef. *comment. epist. ad COR.* Witteb. 1620. 4

3) In *bibliotheca sacra*, tom. I. p. 941. Genev. 1660. f. qui tamen rectius has epistolas dixisset *elaboratiores*, a familiaribus distinguendas

rum GRAECARVM iudices et statores, quod fecerunt FLACIVS 4) STOLBERGIVS, 5) aliique nostratium, 6) recte aestimabunt. QVAS enim in stilo PAVLLINO deprehendisse sibi visus est HIERONYMVS maculas CILICISMI, abstersit dictus STOLBERGIVS peculiari dissertatione, 7) vti nec defuerunt qui obiecta PAVLLO ab ORIGINE ἀνανταπόδατα, hyperbata frequentia, orationem hiulcam et mutilam, et alia huius generis sermonis vitia, refellerent pluribus eruditi. 8) HIERONYMVS ipse, PAVLLVM apostolum, inquit, proferam, quem quotiescumque lego, videor mihi non verba audire, sed tonitrua, lege epistolas eius, etc. 9) ET alibi: PAVLLVS apostolus ad pedes GAMALIELIS, legem domini et prophetas se didicisse gloriatur, vt armatus spiritualibus telis postea diceret confidenter: arma militiae nostrae non carnalia sunt, sed potentia deo ad destructionem munitioum etc. 10) EVSEBIVS vere igitur PAVLLVM vocat: πάντων ἐν παρασκευῇ λόγων δυνατώτατον, νοήμασι τε ἰκανώτατον, vt plura aliorum taceamus testimonia. Nec his contrariatur, quod ipse PAVLLVS se humanae expertem profiteatur eloquentiae, 12) et ἰδιώτην τῷ λόγῳ, 13) quod temere alior-

A. 2

- 4) In clauē S. scripturae p. 11. p. 508  
 5) De solocismis et barbarismis GRAEC. N. T. dictioni falso tributis. Witteb. 1685. 4  
 6) ER. SCHMIDIUS in notis ad N. T. passim, AD. RECHENBERG de stilo PAVLLI epistolico, IO. OLEARIVS, I. I. RAMBACH hermeneut. s. p. 400. alii  
 7) Diss. not. 5) citat. de PAVLLI cilicis, contra HIERONYM. in epist. ad Algasiam qu. 10. tom. III. p. 1. p. 204  
 8) FLACIVS l. c. p. 526. AMBROSIVS epist. VII. BVCERVS cap. XII. proleg. in ep. ad ROM. IO. ALB. FABRICIVS biblioth. GRAECA, lib. III. c. v. p. 224. LAVR. MULLER diss. de stilo idiotico scriptoribus noui foederis ac praecipue PAVLLO a criticis adfecto. IAC. RHENFERDIUS in syntagmate diss. phil. de stilo N. T. 1702. Leou.

T. H. V. D. HONERT in stilo N. T. G. a barbarismis et sermonis vitiis, ei nuper ab ELIA BENOIST adfectis, vindicato. Amstel. 1703

- 9) In apolog. aduersus IOVIN. tom. III.  
 10) In epist. ad PAVLLINVM, tom. III. vid. HERMANN. BODII vnionem dissidentium, p. 358  
 11) In hist. eccles. III. 24. p. 94. Add. scriptum egregium COBURGI 1730. ab excell. I. C. SCHWARZIO editum in 4. sub tit. Solocismi discipulorum IESV CHRISTI per amorem veritatis diuinae a LVTHERO restitutae, antiquati, p. 54. et HIERONYM. de scriptor. ecclesiast. ed. CYPRIAN. p. 27  
 12) I. COR. II. 1 - 4. seq. I. COR. I. 17, v. progr. IVST. CHRISTO, BOEHMERI de eloquentia d. PAVLLI Helmst. 1712  
 13) II. COR. XI. 6

aliorum accipere videtur doctissimus alioquin CLERICVS, 14) non enim qui destituitur humana quam putat imperitum vulgus suadela, mellitisque verborum globulis, ideo naturali pulcritudine aut ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως et diuina vi dicendi carere censendus est, nec qui naturae excellentiam in dicendo exiguam vel nullam extenuatione quadam sibi tribuit, simul ideo ιδιώτην τῇ γνώσει et destitutum omni diuinitus sibi concessa dicendi virtute, quam vere dixeris δεινότητα, ex rei veritate se proficitur

## §. II

INTELLECTV tamen inesse epistolis PAVLLINIS quaedam difficilia et δυσνόητα, ipsa docet earum lectio attenta, partim in rebus ipsis a PAVLLO propositis, mysteriis diuinis aliisque rationis captum longe superantibus, partim salua litterarum sacrarum perspicuitate in ipsis etiam verbis, quorum sensus non vbique adeo est obuius, vt nullo negotio statim perspiciatur ab vnoquoque plenissime, TROS RVTVLVSVSVE fuit, adhibitis tamen rite ad intelligendum remediis et studiis facile eruendus, qua in re omnes epistolarum PAVLLINARVM interpretes procul dubio habeo mecum consentientes. 15) OBSCVRITATIS vero ideo PAVLLINOS hos insimulare libellos, et quod magis adhuc abhorret a veritate, ipsas sacras paginas omnes, nullo prorsus iure fieri posse mihi videtur. SVNT equidem qui iam tum PETRVM ep. II. cap. III. commate 15. 16. PAVLLO eam tribuisse autumant, dum in versionibus loci PETRINI suae sibi inuenisse videntur sententiae praesidium, et sane ita comparata est in versionibus expressio, si pronomem: *in quibus*, incaute ad epistolas trahas PAVLLINAS, cui relationi et ipsi nonnulli codices MSSi, qui in fontibus ἐν αἷς prae se ferunt, 16) velificantur, omnino PETRVM istas et difficultatis et obscuritatis inde deriuandae insimulasse vt videatur, ea propter et viros summōs, rerumque diuina-

14) In arte critica P. II. S. I. C. XI. p. 261. seq.

15) De his vide BVDDEVM in isagoge THEOL. RAMBACHIVM in hermeneut. S. SCHWINDELIVM in Priester-

bibliothec etc. aliosque

16) GROTIVS ad hunc locum in BIBLIIS CRIT. ANGL. MILLIUS in N.T. ex codice ALEXANDRINO reg. et ROMANO

uinarum et sacrarum litterarum haud expertes, 17) in hanc sententiam pedibus ire, mirum videbitur nemini

### §. III

PENSITANTI enim rem adcuratius et verum horum verborum sensum diui PETRI ex ipsis fontibus repetenti, licet ista secum pugnantia minimeque cohaerentia aut puriori aduersa doctrinae non inuoluat interpretatio, eam tamen locum non habere adparebit longe facillime. OPTIMORVM enim cum manuum scriptorum tum impressorum codicum lectio contextus sermonis originalis, cum non habeat ἐν αἰς, sed ἐν οἰς, scilicet in illis rerum futuris euentibus CHRISTO addictis exspectandis, PETRVM non in epistolis PAVLLINIS, sed in maximis iisque omnium hominum opinionem excedentibus a PAVLLO aeque ac PETRO praestolandis posuisse et indicasse δυσνόητα, rectius est sentiendum. VBI simul obseruari velim, non difficiliora haec ipsos indoctorum et debiliū animos peruertere, prout ex versione videri posset, sed peruersas rudium et infirmorum mentes ista difficiliora in alienum sensum rapere atque detorque, ita vt vitium ερεβλότητος non rebus ipsis et δυσνοήτοις insit, sed perperam ista interpretantibus

### §. IIII

HANC nostram interpretationem δυσνόητα non in epistolis D. PAVLLI, sed in rebus grauissimorum euentuum futurorum praesagiis ponentem, non nouam sed peruulgatam esse, et vel a LVTHERI temporibus, nostris THEOLOGIS et criticis cognitam atque perspectam loquuntur eruditorum nostrorum monumenta. ITA enim PAVLLVS ROEBERVS insigne quondam WITTEBERGENSIVM ATHENARVM ornamentum: NEC ratio aut obseruatio, inquit, de nihilo est, quod non in omnibus exemplaribus legatur ἐν αἰς, in quibus sc. epistolis, sed ἐν οἰς, sc. mysteriis.

A 3

17) v. g. FLAGIVS I. c. p. II. p. 526. CHEMNITIVS in examine concil. TRID. p. 67. MISLERVS dispp. GIESS. tom. VIII. p. 638. IO. FABRICIVS sen. in system. THEOLOG. p. 13. IO. FABRI-

CIVS iunior in amoenitatibus Theol. diss. de paradoxis THEOL. p. 381. IO. GRAFTIVS in THEOLOG. positio-polemica, p. 65. alii

riis. ITA tamen scripta sunt, quaecumque scripta, ut non nisi ab ἀσηκίτοις non intelligantur, immo vero malitiose peruertantur: quae pessimi hominum ingenii est μοχθήσια, quapropter in perniciem istis cedit, teste apostolo etc. 18) IDEM monstrarunt W. FRANZIVS, 19) et ex eodem M. WALTHERVS 20) aliique, 21) UT A. H. FRANCKIVM labore in his quidquam monendi supersedere potuisse videatur 22)

## §. V

UTRUM exinde recte concludatur s. scripturam esse obscuram, nec ne? litem nostram nunc equidem non facimus, in THEOLOGORVM scholis satis excussam et decisam, pauca tamen in hanc rem ex mente PHILOSOPHORVM nobis sunt monenda. APVD hos enim extra omnem dubitationem positum est, plurima de deo rebusque diuinis humano intellectui esse imperuia, cum finitus hominum intellectus dei non capiat infinita, nullamque adeo religionem sine mysteriis et δυσνοήτοις esse posse, quae tantum abest ut vitio verti queant, ut maximam potius rebus diuinis concilient dignitatem ab omnibus suspiciendam, 23) nec ipsas rerum naturalium causas omni carere difficultate, χαλεπὰ τὰ καλὰ, in omnibus quoque abstractis eruditisque rebus, maxime si quae sunt profundiores, esse aliquam imperitae praecipue plebi occurrentem obscuritatem et difficultatem, sed innocentem et ex culpa subiecti, non vitiosam et obiecti, quique omnia vera luce meridiana putent clariora et manibus palpan- da, insigni et noxio planitatis praeiudicio laborare. 24) Ex eo, inquit, IO. NIC. MISLERVS, quod PETRVS dicit, ob δυσνόητος scripturas reliquas deprauari et torqueri, non statim inferendum, scripturas quia deprauentur esse obscuras, cum etiam loca mani-  
festis-

18) Diss. de vitae euangelicor. emenda-  
tione summe necessaria ex II. PETRI III.

19) De interpretatione scripturae s.  
orac. XXX

20) In harmonia biblica ad II. TE-  
TRI III. 16

21) FRIDEM. BECHMANNVS in  
notis ad HVTTER. p. 33. I. F. BVD-

DEVS in dogm. H. CLAUSING in diss.  
δυσνόητα librorum symb. excussa, p. 4.  
aliique

22) In den Anmerkungen über einige  
oerter der heil. schrift p. 105

23) ROMAN. XI. 33

24) De quo vide Vener. WALCHII  
lexicon Philosoph.



*festissima torqueantur.* PERPERAM igitur a rebus ipsis, de quibus PETRVS loquitur, ad scripturas fit argumentatio, et quidem a quibusdam ad singulas, a partibus ad totum, quod ἀνακόλουθον. 25) Videant tamen, ne cum SPINOZA, 26) scripturam non nisi simplicissima docere, adfirmante, easdem tibias inflent, obscuritatum praeposteri captatores

## §. VI

QVOD si quis occurrat, epistolis diui PAVLLI, diuinas res et altioris indaginis sententias proponentis, omnino hac ratione quaedam inesse δυσνόητα, quamuis non vitio scribentis aut stili, respectu tamen rerum ab ipso traditarum et mysteriorum diuinorum, captum hominis, praecipue naturalis sibi relictum, 27) luce gratiae destituti, longe transcendentium, is non adeo magno nos sciat in id refutando opere laborare. SIT ita, (§. II. III.) sed salua rerum diuinarum veritate dignitate et perspicuitate, sint in epistolis PAVLLINIS δυσνόητα, nihil inde efficient sacrarum litterarum contemptores et veritatis caelestis ad fidem vitamque christianorum instruendam et instituendam inrisores, (§. V.) cum et optimi quique LATINITATIS GRAECITATISQUE purae et elegantioris scriptores, quo magis ad stili perfectionem accedunt, eo maiores quoque secum vehere difficultates indoctis stupidis plebi et rusticis videantur. DVPLICIS autem sunt generis caussae, quae imperitis tenebras in lectione epistolarum diui PAVLLI offundunt, aliae quidem ipsi cum omnibus sacris scriptoribus communes, aliae vero propriae. Ex illarum numero est rerum ab apostolo propositarum grauitas, quam si etiam verba sint plana satis atque perspicua, intelligendi legentibus gignere maximas difficultates et sapientibus quoque negotium facessere lectoribus, in aprico est. 28) AD hanc accedit et hoc, PAVLLVM in epistolis suis non scribere tam in fide christiana denuo instituendis, quam potius confirman-

dis

25) DISS. GIESSENSIVM l. c. p. 639  
26) In tractatu THEOLOGICO-POLITICO cap. XIII. p. 153.

27) I. COR. II. 14. IO. XII. 40  
28) IO. III. 10. II. 12. I. COR. I. 18. 23  
29) I. COR. III. 2. X. 15. I. LOCK Es-  
say

dis et conrobmandis, quibus iam de primis christianae doctrinae lineis constabat aliunde 29)

## §. VII

ALTERA difficultatum in epistolis PAVLLI occurrentium eique communis cum reliquis sacris scriptoribus est, quod in lingua consignata sint mortua, quamvis tunc temporis vsitata vulgari et notissima, hodie tamen paucissimis recte cognita atque perspecta. NON equidem is ego sum, qui dictioni PAVLLINAE vitia sermonis obscuritatem efficientia, aliarum linguarum praepostere adhibitas constructiones et peregrinas expressionis formas vitiosas et culpandas tribuam, (§. I.) esse tamen in illis ab eo litteris consignatis epistolis locutiones translationes et figuras ad HEBRAISMOS et LATINISMOS accedentes minime improbandas, non negauerim. 30) CVM enim ex gente HEBRAEORVM sit oriundus, expressionibusque veterum prophetarum populi IVDAICI subinde vtatur, et de rebus agat in sinu nationis et ecclesiae ISRAELITICAE prognatis, de quibus ne per somnium quidem cogitauerunt profani auctores, fieri non potuit, vt in loquendo ab omni dictione, HEBRAEIS magis quam aliis populis notiore, prorsus se abstineret, id quod ipsi exprobrandum non videtur, cum et ipsa ROMANI sermonis puritas nec a GERMANISMIS nec GRAECISMIS abhorreat nulla ratione culpandis aut ad elocutionis stribliginem referendis. PECVLIARI deinde gaudent sacrae litterae, prae reliquis vero PAVLLINA commentaria, notionum expressione, ita vt grauioribus longe et recentioribus verba sacri codicis secum vehant significationes, quam quas a profanis scriptoribus adhibitae inuoluunt voces, hinc ex IVDAEIS tunc temporis et ex deorum cultoribus ad CHRISTVM a PAVLLO conuersis, multo magis nostris

*say for the understanding of S. PAULS epistles, by consulting S. PAUL himself, vid. CLERC biblioth. choisie, tom. III. p. 38. FRID. GOTTHELF GOTTERI diss. de obscuritate epistolis PAVLLI falso tributa I. LOCKIO opposita s. II. §. III. p. 31. seq.*

30) I. COR. II. I. II. COR. XI. 6. vid. Praesid. diss. in culpa scribentium non adsignanda LATINI sermonis vitia §. 48. p. 53. 54. RVDOLPH. GOELENII probl. gram. p. 261. I. I. RAMBACH hermen. s. p. 397. 400

nostris hominibus, alienis scientiis et disciplinis innutritis, quibus consuetae ex vitae genere aut disciplinae ratione obuersantur ideae cum vocibus coniunctae, maximas interdum obiici difficultates, non est diffitendum, ita tamen ut obscuritas inde nequeat euinci vitiosa. (§. V.) 31) ET in ipsa sacrarum paginarum per capita et commata diuisione et separatione, qua prima litterarum monumenta primique codices manu exarati si פסוקי V. T. excipiantur, prorsus destituuntur, quam nostris temporibus vel fortuita et minus consulta, vel iusta adiecit diligentia, 32) quamque mutare ideo et negligere aut reprehendere prudentiores religioni sibi recte non ducunt, 33) multas latere difficultatum causas, eruditi tantum non omnes vltro largiuntur 34)

## §. VIII

PROPRIAS tandem epistolarum quas diuus PAVLLVS exaravit difficultatum causas, vel ex ipso scribente, vel ex conditione ad quas scripsit gentium, nobis hodie aut parum aut non recte saltem cognita, deriuandas indubitatas, leuiter tantum attingamus. PROLIXIORIBVS VTI PAVLLVM periodis vbi ratio-  
 cinio plerumque procedit, praeter alios monuit BERN. de MONT-  
 FAVCON, 35) multis vero parenthesibus et ita orationis stru-  
 ctura

B

ctura

31) Vid. Praesid. *Regeln der geistl. beredsamkeit diss. praenica* §. XXXI. p. LXXXI. LOCK et CLERC. l. c

32) BERN. de MONTFAUCON *palaeographia graeca* p. 50. 187. seq. EDM. CHISHULL *inscriptio SIGEA in actis erudit.* 1722. p. 58. IO. CLERICVS *arte critica* p. 111. s. l. c. x. p. 122. IO. ALB. FABRICIVS *bibl. graeca* lib. 1111. c. v. p. 223. Originem distinctionum referunt alii ad scholasticos, alii ad HVGONEM de s. CARO, alii ad STEPHAN. LANGTON. vid. I. BVXTORF. in *praef. concordant. hebr.* I. H. HOTTINGER. *histor. eccles.* tom. 111. p. 347. IO. G. HEINSII *kirchenhistorie saec. XIII.* I. G. CARPZOV. in *critica*

*sacra V. T.* p. 153. distinctionem in versus V. T. ipsis sacris auctoribus dei amanuensibus tribuit. Noui testamenti in versus secretionem ROBERTO STEPHANO plerumque tribuunt, vid. I. MILLIVM in *proleg. ad N. T.* I. G. PRITIVM *introd. in lect. N. T.* I. W. RVMPAEVM *comm. critica ad libr. N. T.* I. I. RAMBACH. *herm. s. etc.*

33) vid. BROCHMANDI *comm. in ep. IACOBI proleg.* I. A. FABRICII *bibl. Gr.* I. C. I. H. MICHAELIS *praef. bibl. hebr.*

34) BROCHMANDVS I. C. LOCK et CLERC l. c. p. 43. RAMBACH. l. c. p. 227. seq. 252. 412

35) PALAEOGRAPHIA GRAECA p. 220

etura impeditiore, ostenderunt CHRYSOSTOMVS, NORTON KNACHTBVLLVS et IO. CLERICVS, 36) qui vero dum PAVLLI stilum esse plenum *εὐκρολογίας* audet adfirmare, quas definit, *mutationes vocis aut sermonis a propria significatione in aliam sine virtute*, 37) et dure ad modum et minus recte de eo sensisse videtur. QVAMQVAM enim addat: *se de verbis agere non de rebus, ne quis calumniandi ansam adripiat*, meminisse tamen debebat, verba esse signa rerum et ipsa a spiritu s. diuinis scriptoribus suggesta, nec sibi sumere, expressiones ab ipso deo suppeditatas scriptoribus, virgula notare pari modo censoria ac verba auctoris profani TERENCE cuiusdam vel PLAVTI, maxime cum ne vnicum quidem adtulerit *εὐκρολογίας*, quibus tamen scatere ait PAVLLI scripta exemplum. ADCEDIT ad haec frequentior paullo participiorum, pronominum relatiuorum et translationum figurarumque vsus, multarum vberior excussio obiectionum, eruditio PAVLLI et profana et diuina multifaria, ingens dicendorum menti ipsius obuersantium copia, ingenium politum et acre, iudicium subactum et exasciatum, feruens in honorem optimi seruatoris amor et studium dilatandi coetum sacrum, exquisita omnium circumstantiarum notitia et prudens vbique ad eas respectus, quarum multae nobis hodie non adeo sunt apertae et perspectae, ex quibus omnibus id consequitur, multis implicari posse sine diuini luminis gratia adcedentem lectorem difficultatibus. ET cui quaeso nostris temporibus, de ciuitatum eius ante plurima saecula aevi, aut rerum publicarum aut sacrarum et ecclesiarum conditione, hominumque ad quos scripsit ratione, adeo liquido constat, vt omnia sine litterarum, antiquitatis, historiae, geographiae monumentis, sine gratiae potissimum diuinae praesidiis, ipsi sint luce meridiana clariora? 38)

## SECTIO

36) In arte critica p. III. s. I. C. XI. §. 6. 7 p. 150. seq. KNACHTBVLLVS in animaduersionibus in libros Nou. Testam.

37) CLERICVS I. C. P. II. S. I. C. XI. §. 3. 10. H

38) IO. GERHARD in exegesi p. 102. AV. PFEIFFER in thes. herm. p. 198

SECTIO. I. EXPLICANS

§. VIII

EX multis, quae ad conlustranda ea quae diximus, facere possunt exemplis, liceat nobis in praesentiarum epistolas PAVLLI ad CORINTHIOS, earumque praecipue posteriorem adferre, et ex hac dicti cuiusdam, quod inter *δυσνόητα* referunt PAVLLINA, ab aliis quoque iam tentatam pluribus suscipere explicationem. LEGITVR hoc II. CORINTH. X. 12. 13. sequentibus conceptum verbis: *Οὐ γὰρ τολμῶμεν ἐγκρίναι ἢ συγκρίναι ἑαυτὸς τισὶ τῶν ἑαυτὸς συνισανόντων· ἀλλὰ αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτὸς μετρεῖντες, καὶ συγκρίνοντες ἑαυτὸς ἑαυτοῖς ἔσυνιῶσιν. Ἡμεῖς δὲ ἔχθ' εἰς τὰ ἀμετρα καυχησόμεθα, ἀλλὰ κατὰ τὸ μέτρον, τῷ κανόνος ἔμέρισεν ἡμῖν ὁ θεὸς μέτρα, ἐφικέσθαι ἄχρι καὶ ὑμῶν.* NON est, quod in exponenda CORINTHI, civiumque in hoc totius GRAECIAE quasi oculo et lumine, et ex his eorum, qui CHRISTO nomina dederant, ad quos scripta est epistola, conditione describenda, diu multumque laboremus. SCRIPTAM esse epistolam anno CHRISTI LVII. vel XXXXVIII. vel LV. ad ecclesiam CHRISTO CORINTHI conlectam, 39) quam homines, apostolorum dignitatem adfectantes, et vt maiorem sibi, quod fieri solet, conciliarent auctoritatem, alios vel ipsum PAVLLVM contemnentes, perturbare satis audacter conabantur, 40) ipsam vero civitatem CORINTHI maxima eruditionis, doctrinae, artium, civilitatis morum gloria, apud GRAECOS, adeo vt praesides et iudices ludorum ISTHMICORYM haberentur eius ciues, 41) omniumque rerum affluentia floruisse, inter omnes constat. AD expositionem potius huius dicti adcedamus necesse est adcuratiorem,

B 2

heau-

39) vid. *auserlesene Theol. Biblioth.* P. LVIII. p. 285. NOV. TEST. GRAEC. 10. GREGORII. CLERC. *biblioth. choisie.* tom. XIII. p. 357

40) I. F. BVDDEVS *de statu ecclesiarum apostolicarum, earum praecipue ad quas PAVLLVS epistolas suas scripsit,* p. 22. etc. 10. CHRISTO. WOLFF *in curis philolog. in ep. PAVLLI* p. 566.

TIL. HESHVSIVS *explicatione ep. II. ad COR.*

41) STRABO lib. VIII. p. 586. CICER. *orat. pro L. MANILIA.* et in VERREM. I. PAVSAN. in CORINTH. C. II. p. 114. ERASM. SCHMIDIUS *prolegom. in Isthmion.* PINDARI, p. 3. 10. GOTTFR. LAKEMACHER *antiqu. Graec. sacrae* p. 681

heautrometriae quam ex eo declarandam sumsimus rationem pluribus demonstraturi

## §. X

Postquam apostolus, pro scopo totius huius epistolae apologetico et consolatorio, (§. VIII.) se et absentem et praesentem contra quoscumque auctoritatem apostoli adserturum ostendisset, ἔ γὰρ τολμῶμεν, pergit, ἐγκρίναι ἑαυτὲς τισι τῶν ἑαυτῶν συνισανόντων. IN his verbis quoad sensum grammaticum nihil fere est difficultatis: τολμῶμεν est a τολμάω, *audeo, sustineo, in animum induco, gestio*, PHIL. I. 14. et pluries in sacris litteris obuium et perspicuum, nec ut in hac voce quaeramus ironiam, quam hic sibi inuenisse visus est BEZA ET IAC. CAPPELLVS, 42) quaedam nos vrget necessitas. Ἐγκρίναι καὶ συγκρίναι etiam proluxa non eget explicatione, nec ut cum G. RAPHELIO hic paronomasiae cuiusdam miremur acumen, aut ex POLYBIO significationem inlustremus, vlla nos mouet ratio, 43) quamuis elegantiam quamdam ab H. STEPHANO in his et sequentibus deprehensam, his inesse non negemus, ἐγκρίναι est aor. I. inf. act. *adiungere, adnumerare, ingerere vel inserere aut inferre, adscribere, dare nomen suum alicui coetui s. societati*, ἀπαξ λεγομένη vox in N. T. et συγκρίναι *comparare, conferre*, rectissime GROTIUS interpretatus est: *non quaero ex isto mustaceo laureolam, illi se iactent in ista aula, vel VATABLVS: non possumus inducere animum, ut inferamus aut conferamus nos illis.* 44) Ἐαυτῶν ad PAVLLVM, τισι τῶν ἑαυτῶν ad pseudo apostolos pungeudos flectendum est, vbi obseruari velim, huius pronominis proxime sibi subsequenter diuersam adceptionem, aliquam procul dubio gignere posse difficultatem. (§. VIII.) Συνισανόντων, a συνισάω, II. COR. III. I. V. 12. idem quod συνισάω, *commendo*, II. COR. IIII. 2. II. MACCAB. VIII. 25. proprie *sibi stare, suo niti consilio iudicio opinione*, cum pseudoapostoli sibi sint SVFFENI, ipsi inter se sibi laudes dent mutuas, id est, mulus mulum scabant.

- 42) BIBLIA critica Anglic. tom. V. GRAECORVM in primis scriptorum  
p. 409. 414 Auszüge aus den Disp. tom. III. p. 391
- 43) Adnotat. POLYBIAN. p. 449. 44) BIBLIA critica Anglic. p. 410.  
D. M. FRIESE dissert. de usu et abusu 415. l. c.

bant. 45) Μετρεῖντες, *mensurantes, metientes*, planum ad modum, vtrum vero ad PAVLLVM an ad pseudoapostolos referendum sit, dubium videri potest, de quo tamen infra pluribus. Συνιᾶσιν, et tertia pers. plur. ind. praes. vt MATTH. XIII. 13. et datiuus plur. esse potest particip. de quo deinceps. Ἀμετρα, *immensa, non mensuranda*, satis notum, sed hoc loco translatum et in proprium, *de rebus non commissis*, id est ad apostoli prouinciam, ad muneris rationem non spectantibus. 46) Καυχησόμεθα, *gloriabimur nobis placebimus*, καυχᾶσθαι *ceruicem iactare, sich brüsten*, ἀυχὴν *ceruix*. Κανόνος, *regula, norma, mensura, inproprie lex, praescriptum*, GAL. VI. 16. PHIL. III. 16. vocem hanc ab HEBRAEO כִּנְיָ esse deriuandam, quod videtur quibusdam eruditis, 47) nulla ratione probari posse puto, est a GRAECO κῶνη vel κῶνη, nec ad lineam albam in agonibus GRAECORVM et potissimum CORINTHIORVM adludi puto, qua vni cuique cursori stadium sit diuisum, 48) nec ad spatium saltu superandum, antiquis dictum κανὼν, 49) nec ad alia canonum genera, aut ad funes quibus arua metiri consueuerunt veteres, 50) quorsum enim ista omnia et quo iure huc trahenda sint, non video. Μέτρον τῆ κανόνος, *mensura regulae*, optime mutando substantiuum in adiectiuum effertur, *praescripta regula*. Ἐμέρισεν, est a μερίζω, *diuido, distribuo*, ROM. XII. 3. Ἐφικέσθαι, *peruenire, pertingere*, 2or. 2. med. inf. nulla indiget explicatione, nisi quod ad ideam huius vocis adcessoriam adtendendum esse putem, qua connotare videtur, *penetrare ad aliud cum acumine quodam*, quo ipso a καταντάω, παραγίνομαι, ἔρχομαι, ἤκω, μόλέω, νέομαι aliisque distinguitur. SED haec de exigua quadam vocum resolutione grammatica dicta nobis sufficiant, prout vsui nostro ista consultum visum fuit praemittere.

§. XI

45) GROTIUS in *bibliis criticis* ANGLIC. p. 415. l. c.

46) LOCKIUS l. c. 10. CHRISTO. WOLFF. in *curis philolog. et crit.* ad hunc locum p. 651

47) GEO. LVD. OEDER *comment. de voce κανὼν*. l. c. WOLFF. l. c. FLA-CIUS l. c. p. 1. p. 1051

48) HENR. HAMMONDVS. CONR.

ADAMI in *obseru.* l. c. WOLFF. l. c.

49) IO. GOTTFR. LACKEMACHER in *Antiqu. GRAEC. sacris* p. 642

50) CHRISTI. BRUNINGS *comp. antiqu. GRAEC.* p. 51. not. c) IAC. CAPPELLVS in *bibliis crit.* l. c. p. 414. Confer tamen S. REV. IO. FRICKII *commentationem de cura eccles. veteris circa canonem s. scripturae*, c. l. §. 15

ANTE vero quam ad ea procedamus, quae ex verbis scriptoris sacri conligenda duximus, varias eorum lectiones adferamus et sub examen reuocemus. QUAM EX AETHIOPICA versione 51) inferunt varia lectio, loco *τολμῶμεν* legi *τολμῶ μὲν*, melius momenti est et potius conrectionem, vtpote cum reliquis praecipue *ἑαυτὸς* minime cohaerens, quam adsensum vllum mereri videtur, enallagen numeri interim in hac dictione non nego. *Ἐγκρίνω καὶ συγκρίνω* explicant recte: *τῆσιν συναριθμῆσαι ἢ ἀντιπαρθεῖνά τισιν ἑαυτὸς τῶν ἑαυτὸς παρατιθεμένων διὰ τῆς κομπῶδους ψευδολογίας*, OECVMENIVS, THEOPHYLACTVS. 52) SED qui pro *ἐγκρίνω* proferunt *κρίνω*, codices, 53) aut *ἐγκρίνω ἑαυτὸς* omittendo *συγκρίνω*, 54) aut *τίσι*, 55) deprauati potius videntur, quam vt ad eorum lectiones adtendamus conscripti, nec *συνισάντων* pro *συνισανόντων*, 56) quemquam mouebit, cum nulla inde lectori vel commoditas oriatur intelligenti vel difficultas. (§. X.) *Ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτὸς μετρήντες*, καὶ omittit SYRVS 57) quem non moramur, ob infra dicenda. *Οὐ συνίσσω* omittunt VELESIANAE lectiones, quas edidit LVD. DE LA CERDA, *vulgata*, CLARAMONTANVS GRAEC. LAT. GERMANIANVS, AMBROS. *scholiastes* titulo HIERON. BOERNERI cod. sed legit AVGVSTINVS haud semel, hinc nemini scrupulum iniicient, vt et quod *ἔσιν συνίσσω* STEPH. cod. *ια* et IO. COVEL codex 2. nec non THEODORETVS habeat. 58) *Καὶ συγκρίνοντες ἑαυτὸς ἑαυτοῖς*, subaudiri hic *ἐσμέν*, vt sit: *sed nos metimur nosmet ipsos ea mensura quae nobis conuenit, et ad eam nos comparamus, ea tantum de nobis dicentes, quae factis nostris et veritati respondent: et quae adduntur in prolegomenis MILLIANIS: GRAECI quibus apostoli ista paullo praeruptiora visa sunt, sumtis αὐτοῖς ἑαυτὸς*

51) vid. MILLII N. T. ed. KVSTERI ad h. l. AETHIOPICA versio edita ROMAE 1548. 4. minori

52) Ibidem

53) CANTABRIG. codex epistolarum in collegio EMMANVELIS, BOERNERI codex

54) CLARAMONTANVS cod. PARIS. biblioth. regiae, codex epistolarum in coenobio S. GERMANI a pratis

55) CLARAMONTANVS GRAEC.

56) ERASMVVS ed. FROBEN.

57) MILLIUS l. c. vid. infra §. XII.

58) IDEM ibid.



τὰς ἑαυτοῖς in tertia persona, suppleuerunt orationem istam per marginale scholion ἔ συνιῶσω, quod inrepsit mox in contextum libri 59) falsissima nobis videntur, quoniam ieiunam admodum sapiunt et temerariam erisin, nullo nituntur argumento, et omnem sacri lectionem codicis N. T. dubiam sine vlla ratione efficiunt, quae ideo quoque reiecit CL. WOLFFIUS, cui tamen in his, quae de elegantia polyptoti ex profanis auctoribus illustranda adtulit, subscribere minime possumus. 60) QVAE ad versum 13. habet MILLIUS eapropter aut obelo iugulanda, aut in nostram sententiam conuertenda sunt, nempe sequentia: „ἡμεῖς δὲ, deest in BOERNERI COD. GR. LAT. omittit item AMBROSIVS, contextus apud eum in hunc modum se habet: *sed ipsi in nobis nosmet ipsos mensurantes et comparantes nosmetipsos nobis, non in immensum gloriabimur, sed secundum etc.* nimirum cum voces αὐτοῖ, ἑαυτὰς, ἑαυτοῖς pronomibus primae personae in posteriori hac commatis parte sumerent vulg. LATINIQUE eum secuti, (quod idem et de GRAECIS aliquando dictum volo) necessario praetermittendum erat illud ἔ συνιῶσω, vt et quod sequitur: ἡμεῖς δὲ. QUID enim illud: *ipsi in nobis nobismet ipsis metientes, et comparantes nosmetipsos nobis. NOS autem non immensum gloriabimur etc.* quod in hodiernis LATINIS? absurdum est illud: ἡμεῖς δὲ, si alterum ἔ συνιῶσω reiicias: ideoque et hoc et illud praetermisit AMBROSIVS vt et LAT. VERSIO CLARAMONTANVS ET GERMANIANVS COD. 61) ABSVRDVM potius putamus illud ἡμεῖς δὲ et ἔ συνιῶσω reiicere, in quo retinendo optimi et plures consentiunt codices, ob adlegatum AMBROSII LATINVM, cum inter omnes constet, patres non semper ad verba adlegare sacrum codicem, aut ob versiones quasdam LATINAS et codices pauciores sublestae fidei, et castrare quasi friuola castigatione verba scriptoris sacri, quorum sensus optime sibi constat. Καυχησόμεθα, cuius

59) IDEM in *prolegomenis* N. T. ed. KVSTERI. num. 476.

60) I. C. WOLFF. I. c. p. 561. qui ex SOPHOCLE et EURIPIDE praecedente STOLBERGIO frustra adfert

similia, quae textum sacrum nihil aut parum iuuant

61) MILLIUS *not.* ad v. 13. I. c. conf. ERASMVVS, ZEGERVVS, GROTIVS in *bibliis crit.* I. c.

cuius loco in variis lectionibus per errorem quasi est: καυχώ-  
μενοι, 62) recte interpretatur CHRYSOSTOMVS: καθάπερ ἔτοι.  
καὶ γὰρ εἰκὸς ἦν αὐτὸς κομπάζοντας λέγειν, ὅτι τὴν οἰκισμένην ἐπι-  
σρέψαμεν, πρὸς τὰ πέρατα τῆς γῆς ἀφικόμεθα, καὶ πολλὰ ἕτερα  
τοιαῦτα μεγαληγορεῖν. 63) Reliqua ἔκ pro οὐχί, 64) ἐμέτρησεν pro  
ἐμέρισεν, 65) ἀφικέσθαι pro ἐφικέσθαι 66) nullius sunt momenti.

## §. XII

SED audiendi sunt nobis etiam interpretes varii generis,  
inter quos eminent versionum praecipuarum auctores et con-  
cinnatores, quorum agmen ducit SYRVS. SYRIACA primus a  
SYRORVM in concilio LATERANENSI CIO IO XV. legatis, ACVRIO  
IOSEPHO sacerdote, MOSE monacho diacono et HELIA hypo-  
diacono didicit THESEVS AMBROSIVS iureconsultus monachus  
BONONIENSIS, VOTO SUO S. AVGVSTINI canonico instituto  
obstrictus, qui primus deinceps BONONIAE, vti SIMON episco-  
pus SYRVS ROMAE in SYRIACIS instruxit IO. ALBERTVM  
WIDMANSTADIVM, NALLINGA-VLMENSEM SVEVVM sub in-  
peratore designato FERDINANDO I. cancellarium AVSTRIAE  
orientalis, et hic primus edidit VIENNAE AVSTRIAE, a 14.  
Febr. vsque ad 27. Sept. caesare et sanctiore illius senatu adnuen-  
te, NOVVM TESTAMENTVM SYRIACVM, CIO IO LV. in 4. mi-  
nori, quae editio N. T. est rarissima, 67) vbi in praefatione hanc  
linguam ceu ipsius optimi seruatoris commendat vberrime. Ex  
hoc

62) BOERNERI cod. GR. LAT. vid.  
MILLIVS l. c.

63) MILLIVS l. c.

64) IO. COVEL. et MAGDELE-  
NAEVS OXON. codd. COLINAEI edi-  
tio N. T. 1543. Paris. et THEODORE-  
TVS cit. MILLIO l. c.

65) VIENNENSIS cod. N. T. MSS.  
THEOPHYLACTVS vulgata vt vide-  
tur. Vtramque lectionem exhibet  
PHOTIVS apud OECVMEN. ita ta-  
men vt ἐμέτρησεν interpretamenti lo-  
co habere videatur. MILLIVS l. c.

66) MS. CHRYSOSTOM. OECV-  
MEN. BOERNERI codex. *Pertingendi*,  
LAT. MILLIVS l. c.

67) HANC mecum communicavit  
EXCELL. TYMPIVS P. P. O. O. fau-  
tor optimus, conf. de hac versione  
ANDR. MVLLERI diss. *de SYRIACIS*  
*libr. sacrar. versionibus*. THEOPH. SIN-  
CERI *biblioth. historico-crit. libror.*  
*varior.* p. 115. HERM. VON DER  
HARDT SYRIAM GRAECAM p. 10.  
14. etc. Errant itaque CAROL. SCHAAF  
in praef. edit. huius Testam. L. B.

hoc tempore, qui linguam hanc colerent et versione N. T. SYRIACA, saepius edita, de cuius auctore et aetate non constat, vterentur, non defuere eruditi. ET quamuis non negem, posse non numquam ex hac versione ipsi textui GRAECO lucem aliquam adfundi, eam tamen si contraria sit eidem recte puto deserendam, ne fontes turbare limpidissimos ex riuulis videamur. ITA enim ex versione IMM. TREMELLII cum qua consentit TROSTIANA, oraculum nostrum profert SYRVS: NON enim audemus cogitare, aut comparare nos ipsos cum illis qui seipsos gloria extollunt, sed quia ipsi intra sese (Sibi, quod SYRA constructio postulat) seipsos comparant non intelligunt. NOS non gloriamur ultra mensuram, (plus quam sit mensura nostra) sed iuxta mensuram termini quam partitus est nobis deus, ut pertingeremus etiam usque ad vos. 68) IN quibus cum deserat fontes interpretes, ipsum a nobis deserendum iure nostro iudicamus (§. VIII. XI.)

## §. XIII

EODEM loco nobis habenda est *versio vulgata*, cuius auctor partim HIERONYMVS, partim conditor veteris communis ITALAE perhibetur, quam et si concilium TRIDENTINVM pro authentica habere iusserit, 69) ipsi tamen qui curiae ROMANAE placita alias secuti sunt, LAVR. VALLA, ERASMVS, 70) ESTIVS, 71) RICH. SIMONIVS 72) aliique, et ex nostris A. CALOVIVS, 73) I. G. CARPZOVIVS 74) aliique, rigido examini subiecerunt, eamque

C vel

1708. 4. Praefatio TROSTIANAE edit. Cothen. 1621. 4. Acta eruditor. Lips. 1708. p. 289. 10. VOGT catalogo libr. rarior. et omnes qui hoc N. T. C10 10 LXII. demum prodiisse autumant, sed occasionem errandi dedit typographus MICHAEL ZYMMERMANN, qui in pagina auersa tituli quorundam exemplarium insignibus suis subiecit: *Vien-nae Austriae excudeb. Mich. Zymmerman.* ANNO M. D. L. XII

68) Vid. edit. bibl. Geneuae 1590. in 4. mai.

69) Sessione quarta p. 67. editionis Coloniensis 1621. in 12. cui adiectus est *index librorum prohibitorum*

70) in notis in bibliis criticis ANGL. p. 406. p. 409. et alibi. *Hist. biblioth. FABRIC. T. I. p. 17*

71) In *comment. in ep. PAVLL.* Paris. 1661. fol.

72) *Historia critica V. T.* lib. II. c. XII, p. 57. etc.

73) In *critico sacro biblico* diatrib. nona p. 405

74) In *critica sacr.* P. II. C. VI. p. 664. 675

vel in hoc loco PAVLLINO nostro non admittendam esse iudicarunt. ITA enim illa oraculum nostrum effert: *Non enim audeamus inserere aut comparare nos quibusdam, qui seipsos commendant: sed ipsi in nobis nosmet ipsos metientes et comparantes nosmet ipsos nobis. Nos autem non in immensum gloriabimur, sed secundum mensuram regulae, qua mensus est nobis deus, mensuram pertingendi usque ad vos.* 75) QVAE quantum ab ipsis differant fontibus sacris est in propatulo (§. VIII. XI.)

## §. XIII

RECTIVS in his procedit ERASMVS ROTERODAMVS in egregia et luculenta N. T. editione, 76) qui verba sacri scriptoris ita exprimit: *NON enim sustinemus inserere, aut conferre nos ipsos cum quibusdam, qui seipsos commendant. SED isti non intelligunt quod ipsi inter sese seipsos metiuntur et comparant semet sibi. AT nos non immensum gloriabimur, verum iuxta mensuram regulae, quam partitus est nobis deus, mensura pertingendi etiam usque vos.* IDEM in notis ad hunc locum 77) prolixè ad modum integritatem textus contra vulgatam tuetur versionem, suamque lectionem ex AVGVSTINO aliisque veterum testimoniis conprobat et defendit. RECTE etiam illud: *ὃ γὰρ τολμῶμεν* explicat: *non sustinemus, vel non libet conferre cum talibus*, explosa quam quidam hic statuunt ironia, et mensuram dici per metaphoram a regulis fabrorum sumtam iudicat, ne quis tale quidpiam fomniet, quale est cum dicimus regulam FRANCISCI AUT BENEDICTI (§. VIII. X)

## §. XV

AVDIAMVS et alios interpretes et quidem BEZAM, cuius ver-

75) Edit. Antwerp. ex offic. Plantin. 1569. 8

76) Vsus sum editione secunda, quae prodiit 1519. Basileae ex officina Frobeniana, quamque omnium optimam et rarissimam iudico, prima enim anni 1516. multis scatet vitiis, secunda anni 1522. fere in omnibus cum nostra

conuenit, sed haec locupletior est illa quoad praefationes et alia. vid. I. I. REIMMANNI *catalog. biblioth. Theol.* p. 201. SCHELHORNII *annoenitat.* T. I. p. 222. seq.

77) Quae prodire 1516. et emendatae 1519. cum N. T. insertae deinceps *bibliis critic. Angl.* p. 407. seq.

versio: 78) *Non enim audemus nos adiungere vel coniungere cum quibusdam, qui seipsos commendant: sed non intelligunt, quod ipsi sese metiuntur seipsis et sibi ipsis sese comparant. AT nos non gloriabimur de iis quae mensurae NOSTRAE non sunt, sed secundum modum nobis ad regulam admensum, id est eius quam distribuit nobis deus mensurae, gloriabimur, nos peruenisse ad vos etiam usque: nihil habet, quod regulis aduersetur interpretandi (§. VIII.)*

## §. XVI

CUM versione ERASMI (§. XIII.) exacte conuenit illa, quae est in bibliis LATINIS TIGVRINIS, 79) ubi versio vulgata et noua seu TIGVRINA a LEONE IVDA incoata, et a BIBLIANDRO opera CONR. PELLICANI et PETRI CHOLINI adiuto perfecta, probata quoque THEOLOGIS HISPANIS et ab iis recusa, 80) coniunguntur, ubi quoque FRANCISCVS VATABLVS illud: *non sustinemus: explicat sine ironia: non possumus inducere animum ut inferamus aut conferamus, et illud: non intelligunt: hanc addita obseruatione inlustrat: imprudentes sunt quum ex suo ipsius animo se metiuntur et sibi magni sunt.* IUNII et TREMELLII studia in vertendo sacro codice V. T. equidem laudantur, 81) in N. T. autem TREMELLIVS SYRIACAM versionem LATINITATE donatam exhibet, quam in superioribus nostro et lectoris iudicio subiecimus, (§. XII.) cuius lateri iunxit versionem BEZAE in antecedenti recensitam paragrapho, (§. XV.) ut plura de his adferre opus non videatur

## C 2

## §. XVII

78) In bibliis Iunii et Tremellii, *Geneuae* 1590. 4. editis et alias. *Hist. bibliothec. FABRIC. T. I. p. 16*

79) *Editis Hanouiae* 1604. 4. maiori, primum quidem 1543. et a ROB. STEPHANO biennio post euulgatis, suppressa mentione eorum, qui in illa laborauerant

80) *Lugduni* per WILHELMVM ROVILLIVM. vid. MATTH. POLVM in

*Synopsi critic. IAC. AVG. THVANVM hist. l. xxxv. p. 714. IO. IAC. HVLB- RICI vindicias pro bibliorum translatione TIGVRINA aduersus IAC. GRET- SERI criminationem. Tiguri* 1616. 4. adde REIMMANN. *cat. bibl. THEOL. p. 223.*

81) Editionis horum bibliorum in folio *Hanov.* 1596 meminit I. I. REIMM. in *cat. biblioth. THEOL. p. 204.* de alia vide supra nota 68.)

## §. XVII

QUI scriptores sacros veteris nouique TESTAMENTI ore CICERONIANO primus loqui docuit, et vna fidelia duos dealbans parietes sacros pandectas ita in sermonem LATINVM transtulit, vt versio simul vicem commentarii sustinere queat, digna, quae a studiosis THEOLOGIAE ET LATINAE linguae accurate et studiose lectitetur, 82) SEBASTIANVS CASTELLIO, hic a nobis non videtur praetermittendus. Is enim verba GRAECA PAULINA nostra ita eleganter reddit LATINO idiomate: *NEC enim audemus comparare aut conferre nos cum quibusdam, qui sese commendant illi quidem, sed ipsos se in seipsos metiri seque sibi comparare non intelligunt. NOS vero non inmodice gloriabimur, sed ex modo regulae, quem deus nobis eum tribuit, vt etiam ad vos vsque pertingamus.* Et sane si quis est, qui hanc versionem et rectam et nitidam arbitretur, is adscribat ad suum iudicium non aliorum modo, sed etiam meam ipsius sententiam (§. VIII.)

## §. XVIII

NOSTROS inter interpretes duo clarissima lumina SCHMIDII, ERASMVS alter WITTENBERGENSIUM, alter SEBASTIANVS ARGENTINENSIVM decus, in vertendo quoque sacro codice in linguam LATINAM laudabili conatu desudarunt. ILLE quidem in praeclara et rarioribus iam libris adnumeranda N. T. versione, 83) hic vero in sua bibliorum translatione, 84) vterque sequitur textum GRAECVM cum LVTHERO in h. l. PRIOR adfert ex BALDVINO sensum horum verborum paraphrasi quadam expressum, quam hic adponere lubet sequentibus: *NOBIS ea potestas data non est, iactandi nostra dona aut labores, quem ad modum alii faciunt, pseudoapostoli nimirum, qui tantum suos admirantur labores, quos satis praedicare nesciunt quique magni videntur dum intra suam decempedam tantum relinquuntur (et ita seipsis se metiuntur) si vero ad alios non minus serio laborantes*

con-

82) Verba sunt laudati REIMMAN-  
NI l. c. p. 240. de edit. Lipsiensi 1724. 12.  
Confer. tamen *Hist. biblioth.* FABRIC.  
T. I. p. 18. RICHARD. KIDDERI *re-*  
*marks on some Passages of scripture.*

Londen. 1719. 8. *Vnschuld. Nachr.* 1719.  
p. 832.

83) Quae prodiit 1658. in fol Norimb.  
vid. *Hist. bibl.* FABRIC. T. I. p. 39.

84) Argentorati 1696. 4

*conferrentur, facile omnis ipsorum iactantia euanesceret. Iam vero ipsis propria opinio est regula suarum virtutum, (id quod ita a se fieri neque animaduertunt, neque intelligunt, συνίσι) ideo mirum non est si fallantur, secumque decipiant alios*

## §. XVIII

DVM celeberrimus ille FLACIUS de stilo PAVLLINO luculentam suscipit commentationem, 85) nostri quoque meminit loci pluribus, praemisso hoc iudicio : „si igitur potentiam aut „robur sermonis intelligas, siue hasce quasdam quasi praecepto- „rias virgas, quibus eos liberius et asperius flagellat: non mul- „tum vt opinor a vero sensu aberrabis. Nec videtur otiose eo „loci, proferre illud aduersariorum iudicium, nam cum vtraque „ad COR. II. multum dignitatis ac grauitatis aut etiam granditatis „habeat, non caret simul praeceptorum auctoritate et efficaci ser- „mone, quin et eo ipso loco praecedunt talia, quae et minacem „auctoritatem et viuum potentemque sermonem, complectan- „tur, quibus conmode istam censuram subiicit. Quae ideo ad- „dam vt et occasio, et simul exemplum istius dicti cognoscatur., ADPOSITO dein textui ex versione ERASMI: EN habes, subiicit, tum exemplum, tum et iudicium de PAVLLINO stilo, quod saepe sit grandis, austerus, ac dignitatis plenus, et simul ardens ac praepotens

## §. XX

IN versione barbaro-GRAECA a MAXIMO KALLIVPOLITA adornata et saepius excusa, 86) lectio textus nostri authentica, contra SYRVM et vulgatam versionem, aliquo modo roboratur, quamuis ALEX. HELLADIVS aduersus istam versionem in genere multa vehementius adferat, eo quod in linguam vulgaris ac profani vsus versione auctoritati verbi diuini aliquantum detrahi conpluribus inter GRAECOS videretur 87)

## §. XXI

QVA nostri hodie vtuntur versio B. LVTHERI ita comparata  
C 3 est

85) In clauis script. p. 11. p. 508. 509

baro-GRAECA, Halae 1710 12.

86) IO. MICH. LANGII de versione N. T. barbaro-GRAECA. Altdorfi 1707. et praef. N. T. cum versione bar-

87) In statu praesenti eccles. GRAECAE. 1714. 8. vid. REIMM. l. c. p. 812. Vnscb. Nachr. 1714. p. 661. 1016

est GERMANICA, vt cur alias ei substituamus vernaculas, iusta non adpareat ratio. PRIMVM quidem integrum sacrum codicem vertendi tentamen viri diuini non adeo venustum iudicabunt stili patroni elegantioris, in quo verba PAVLLI ita leguntur: 88) *Denn wyr thüren nicht uns selb an massen und richten nach etlichen die sich selb loben, aber die weyl sie sich nach sich selb messen und richten sich nach sich selb verstehen sie nichts. Wyr aber rhümen vns nicht über das zill, sondern nur nach dem zill der regel, damit uns got abgemessen hat das zill zu langen auch bis an euch: contra quae hodie legimus: Denn wir dürfen uns nicht unter die rechnen oder zehlen, so sich selbst loben: Aber dieweil sie sich selbst messen und balten allein von sich selbst, verstehen sie nichts. Wir aber rübmen uns nicht über das ziel, sondern nur nach dem ziel der regel, damit uns gott abgemessen hat das ziel zu gelangen auch bis an euch.* NIHIL est quod in hac versione desiderari queat, ii potius qui LVTHERVVM interpretem iudicant a vulgata obcaecatum, ex hac versione refelluntur satis obtrectatores, si quam supra adtulimus vulgatam versionem (§. XIII.) cum hac nostra conferant, adderem tamen vnicum: *aber dieweil sie sich selbst an sich selbst messen, und von sich selbst nach ihrem dunkel balten, etc.* nisi obstare videretur religio in his quidquam aut corrigendi aut inmutandi. PATET interim eos qui ERASMI editione vsum esse autumant B. LVTHERVVM, quam supra nominauimus, (§. XIII.) a vero non aberrare 89)

## §. XXII

AEMVLVM et aduersarium habuit noster acerrimum HIER. EMSERVVM, qui edito N. T. GERM. labores LVTHERI conuellere qua potuit industria omnem mouit lapidem. 90) HIC verba  
textus

88) In *bibliis GERMAN.* ed. Witteb. 1534. fol.

89) Ex omissione dicti IOHANNEL. ep. i. c. v. v. 7. adhibuit autem quoque LVTHERVVS editionem *Aldinam*, quae lucem vidit *Venetis* 1518. vid. REIMM.

l. c. p. 201. *Teutsche Acta erudit.* P. 87. p. 305. seq. P. 94. p. 751. ZELTNERI *kurzgefaste historie der Bibelversion LVTHERI* p. 17

90) Prodiit sub titulo: *Das neu testament nach lawr der christlichen kirchen*



textus nostri ita effert: *Denn wir dörrffen uns selb nicht eyndringen noch vergleichen etzlichen, die sich selb loben. Sonder messen wir uns selber bey uns selbs vnd vergleychen uns auch uns selber. Doch so rhümen wir uns nicht vber die maß, sonder nur nach dem zcil der regel, damit uns gott abgemessen hat das zcil, zu langen auch bis an euch.* AD verba *die sich loben*, addit observationem, qua ipse suam obelo quasi iugulat versionem: *wie die ketzer itzt anders nichtzit konnenn dann sich selbs vnd yr ler loben, vnd sust alle welt schenden vnnnd lestern.* Graecus autem textus NB. hic aliquid variat, de quo vide *Adnotationes Erasmi*. Ex quibus patet EMSERVVM non nisi vulgatae inhaesisse neglectis fontibus versionem, quam supra (§. XIII.) de hoc loco PAVLLINO vidimus, quae quantum abeat a GR. textu authentico, adparet ex superioribus (§. X. XIII.)

## §. XXIII

INTERPRES hic et dux caper ipse gregis, reliquos fere omnes in linguam vernaculam versionum auctores, placita sequentes curiae ROM. de quibus hic pluribus agere a nostro alienum est proposito, 91) habuit imitatores et inter hos IO. DIETENBERGERVM. 92) HVIVS deinde vestigiis insistentes reliqui vulgatam semper sequuntur versionem, quam omnibus aliis praeferendam duxit IO. HARDVINVS, 93) ideo CASPAR quoque VLENBERGIVS et recentiores fere omnes cum DIETENBERGERI translatione, si minores quasdam excipias emendationes, consentiunt. ITA ENIM VLENBERGIVS: 94) *Dan wir dürfffen uns nicht eindringen, oder, uns vergleichen mit etlichen, die sich selbst loben, sondern wir wollen uns bey uns selbst mit unser eigen Maß messen*

*eben bewerten text, corrigirt und widerumb zurecht gebracht 1527. cum privilegio: in fine est: Gedruckt zu Drestden durch Wolffgang Stöckel. vid. Theophili Sinceri neue Sammlung von lauter alten und raren büchern, p. 403. I. I. REIMM. l. c. p. 247. Fortges. Saml. von A. u. N. T. S. 1720. p. 8. 224. et Praes. progr. Teut. editum 1748. de raris quibusdam libris*

91) Vid. *Acta hist. Eccles.* P. 48. p. 87392) In *Bibl. Coloniae fol. 1604.* vid. *Hist. bibl. FABRIC. T. I. p. 29*93) In *comment. in N. T.* Amstelod. 1741. fol. vid. *Nachr. von Theolog. Büchern, T. I. p. 924*94) *Biblia pentapla N. T.* Wandbeck 1710. 4. de quibus REIMM. l. c. p. 227

messen und uns mit uns selbst vergleichen. Aber wir wollen uns nicht über die Maß rühmen, sondern nach der Maß der Regel, damit uns Gott zugemessen hat, die Maß auch bis an euch zu langen (§. XXII.)

## §. XXIII

IN bibliis N. T. C. REFORMATO RVM idiomate GERM. consignatis recensendis vt diu haereamus, temporis et instituti non permittit ratio. 95) EMINENT inter illa IO. PISCATORIS, qui LATINAS suorum sociorum maximam partem adhibuit versiones, 96) et AMANDI POLANI A POLANS DORFF, qui versionem LVTHERI interpolauit solum, et hac ratione limpidum hunc fontem et suas tantummodo vndas trahentem turbauit. 97) VTERQVE partim sua vtens sibi propria dialecto, partim THEOLOGIAE CALV. *ιδιοσυγκρασία*, ille etiam suis indulgens opinionibus, tantum abest, vt se omnibus probarit, vt potius alii multa sibi in his laboribus displicere sint professi, etiam ii qui eadem cum istis castra sequuntur. 98) ADDAM interim et PISCATORIS commatis nostri versionem, 99) quae haec est: *Dann wir dürfen uns nicht unter etliche rechnen oder mit ihnen vergleichen, die sich selbst loben, aber sie verstehen nicht, daß sie sich bey sich selbst messen, und sich mit ihnen selbst vergleichen. Wir aber wollen uns nicht ohn maß rühmen, sondern nach der Maß der Regel, mit welcher uns Gott zugetheilet hat die Maß, zu gelangen auch bis an euch: quam lectoris iudicio relinquo (§. XV.)*

## §. XXV.

QVI desertis C. REFORMATO RVM sacris et munere ecclesiasti-

95) G. G. ZELTNERI diss. *de nouis bibliorum versionibus GERMAN. non temere vulgandis* 1707

96) *Herborn* in 4. mai. 3. volum. 1607. inserta bibliis pentaplis, impugnata a PAVLLO KOEDERO 1607. in 4. edito scripto, defensa a PISCATORE 1608. vid. *Vnsch. Nachr.* 1714. p. 962. REIMM. l. c. p. 226

97) Cuius N. T. GERM. prodiit Bas.

1603. 8. v. ZELTNER. l. c. p. 8. REIMM. l. c. p. 249. perraro hodie reperitur

98) V. G. TOSSANVS: cum LVTHERI versio sit tolerabilis, inquit, fatentibus id D. TREMELLIO et IVNIO: etc. et existimant plerique in textu LVTHERI nihil mutandum: sed satis fore, vbi aliquando nimis euidenter discedit a veritate HEBRAICA id in margine adnotare. vid. *Vnsch. Nachr.* 1714. p. 484

99) In bibliis pentaplis N. T.

siastico DIPPELIO vel potius SOCINIANIS adhaesit I. H. REITZIVS, in versione N. T. Germ. edita Offenbächii 1703. 8. inserta bibliis pentaplis, verba textus nostri ita reddit: 100) *Dann wir erkühnen uns nicht, uns selbst beyzufügen oder zu vergleichen deren einigen, die sich selbst recommendiren, doch selbige, dieweil sie sich selbst bey sich selbst messen, und sich selbst mit sich selbst vergleichen, haben keinen Verstand. (von sich) Wir aber wollen uns nicht zur Unmas rühmen, sondern nach dem Mass der Richtschnur, welches Mass uns Gott ausgetheilet, zu kommen auch bis zu euch hin.* In qua versione, praeter vitia linguae contra puritatem, nihil ad modum culpandum, nihil prae reliquis laudandum

## §. XXVI

SOCINIANORVM partibus addictum IER. FELBINGERVM pace lectorum hic quoque audiamus, is enim sequentem in modum, noua si credere fas est versione, textum nostrum interpretatus est: 101) *Denn wir dürffen uns nicht selbst vnter etliche rechnen, oder vergleichen mit etlichen, derer di sich selbst loben, aber si verstehen nicht, dass si sich an sich selbst messen, und sich mit ihnen selbst vergleichen. Wir aber werden uns nicht unmässiglich rühmen. sondern nach dem Mass der Regel, welches Mass uns Gott abgeteilet hat, zu gelangen bis auch an euch.* QVAM quidem scholam ZESIANAM olentem sed raram hodie versionem in his reprehendendam non putamus, vtpote nec ipsis fontibus nec versioni LVTHERI contrariam, quamuis ea orbem sacrum et litterarium carere potuisse, iure nostro iudicemus.

## §. XXVII

NEC in versione CASP. ERN. TRILLERI, qui magno conatu, quondam versionem LVTHERI emendandam, quasi diuinis veritatibus contrariam, sibi sumserat, 102) quidquam aut alienum a versione LVTHERI, aut ab ipsis textus GRAECI verbis offendimus,

D

dimus,

100) V. ZELTNER I. C. p. 17. REIMM. I. C. p. 251

eclogam de versione N. T. Felbingeri, Lubec. 1706. 4 C. SANDII biblioth. antitrinit. p. 157. REIMM. I. C. p. 249

101) *Das Neue Testament treulich aus dem Griechischen ins Deutsche übersetzt eine neue ausfertigung etc. Amsterdam. 1660. 8. de quo vid. G. H. GOETZII*

102) *Vntersuchung etlicher Oerter des neuen Testaments die wegen übler Vbersetzung die Wahrheit aufgehalten haben*

dimus, ea enim huius est tenoris: 103) *Denn wir dürffen uns selbst nicht unter dieselben rechnen, oder denen vergleichen, die sich selbst rühmen. Aber diese, weil sie sich selbst in ihnen selbst messen, und sich selbst ihnen selbst vergleichen, verstehen sie es nicht. Wir wollen uns aber nicht rühmen zur Unmasse, sondern nach der Maass der Regel welche Gott uns zur Masse mitgetheilet hat zu kommen auch biss an euch.* QVAEDAM quae stilum et scriptionem spectant minima, nunc quidem non curamus, in ipso sensu expresso, nostrum consentire cum LVTHERO, non est quod negemus

## §. XXVIII

INLVSTRISSIMO etiam comiti de ZINZENDORF numerum interpretum tyrocinio quodam versionis scholastico vt ipse de seipo profitetur, 104) placuit augere, quod vtrum ipsi successerit feliciter negotium ipse quidem omni conatu aliis persuadere adnuitur, dissentientibus tamen viris magni nominis et inuictis nouum versionis LVTHERI censorem et contemtorem petulantem coercentibus argumentis. 105) ITA autem ille: *Denn wir unterstehen uns zwar nicht, uns zu denjenigen zu rechnen, oder uns mit ihnen zu messen, die von sich selbst eingenommen sind; aber die Leute die sich so selbst gegen einander messen, und eine Vergleichung zwischen ihnen anstellen, besinnen sich nicht gut. Wir aber massen uns nichts, so in den Tag hinein, an, sondern wir gehen der Messschnur nach mit der uns Gott selbst ausgemessen hat, und die geht bis zu euch hin.* RECTIORA versione

103) In einer mit dem Grundtexte genauer übereintreffenden Ubersetzung des neuen Testaments. Amsterdam 1703. 8. vid. Vnsch. Nachr. 1703. p. 577. Priorem tractatum refutauit SAM. THEOD. SCHOENLAND. vid. Suppl. der Vnsch. Nachr. decem. 1. p. 570. REIMM. l. c. p. 333. 319. 318. adde I. FECHT obseruat. ad Vntersuch. etc. Rostoch. 1700. et 1711. 4

104) Versuch zur Ubersetzung der Lehr und prophetischen Bücher neuen Testaments etc. Büdingen 1739. 8. quam

mecum communicauit S. Reuerend. 'D. D. HALLBAVER patronus opt. confer. Acta hist. Eccles. T. IIII. p. 215. VI. p. 152

105) F. A. HALLBAVERI animaduersiones Theol. in licentiam nouas eusque GERMANICAS codicis sacri versiones condendi, etc. Ienae 1740. 1741. etc. Ei diff. ZINZENDORFIANA dogmata rei christianae esse noxia, ibid. 1748. Acta hist. eccles. T. V. p. 411. 415. T. VI. p. 152. Fortgesetzte Sammlung von A. u. N. T. S. 1740. p. 243. et alii

sione LVTHERI in his non adtulit, quin potius quaedam minus cum textu GRAECO consentientia v. g. *sich so selbst gegen einander messen, so in den Tag hinein anmassen*, etc. si qua unquam, ne quid grauius dicam, carere potuit versione orbis sacer et litterarius, haec sine dubio omni versio est ZINZENDORFIANA

## §. XXVIII

RECENTISSIMA nostri temporis versio GERMANICA est, quam cum orbe communicauit erudito, nihil verens THEOLOGORVM de conatibus suis quondam iudicia 106) aut de versione sua orationum CICERON. criticorum censuras, 107) posthabitis, ne tale quid fieret, consiliis olim a B. G. G. ZELTNERO datis saluberrimis, 108) vir S. R. D. CHR. AVG. HEVMANNVS, sacrarum MVSARVM GOETTINGENSIVM PROF. celeberrimus. 109) CVM vero a versione LVTHERI, quam et ipsi aduersarii nostrae ecclesiae magni faciunt, 110) in hoc loco non recedat, quae hic mone-re possem, partim commodiori reseruanda duxi loco, partim lectoris iudicio relinquenda

## §. XXX

QVAE quibusdam in pretio est versio belgica, 111) verba textus nostri sequentem in modum transtulit: *Want wy en durven ons selven niet reeckenen, ofte vergelycken met sommige die haer selven prüfen: maer dese en verstaen niet, dat sy haer selven met haer selven meten, ende haer selven met haer selven vergelycken. Doch wy en sullen niet roemen buyten de Mate: maer dat wy, na de Mate des Regels, welcke Mate ons Gott toegedeelt heeft, oock tot u toe zyn gekomen.* QVAE versio nihil habet incommodi aut textui GRAECO aut versioni LVTHERI contrarium (§. VIII. XV. XXI.)

D 2

## §. XXXI

106) Vid. REIMM. l. c. p. 330. *Vnsch. Nachr.* 1718. p. 284. 321. etc.

107) vid. *Beyträge zur critischen Historie der Teutschen Sprache*, P. VII. p. 529. P. XI. p. 28

108) In citata iam not. 95. diff.

109) *N. Testam. nach der Vbersetzung*

D. C. A. Heumanns Göttingen 1748. 8

110) Vid. supra iudicium TOSSANI not. 98. ipsi REFORMATI vtuntur lubentes versione LVTH. vid. *Acta hist. eccles.* T. VII. p. 1059. 1067

111) Inserta bibliis pentaplis: *Hist. bibl.* FABRIC. T. I. p. 36

## §. XXXI

DE versione DANICA aut SVEDICA, vtraque vestigiis B. LVTHERI insistente, quaedam vt adferamus, opus non videtur. ILLIVS auctorem primum perhibent IO. MICKELSEN, cuius rarissimum hodie N. T. ipsis LVTHERI temporibus MDXXIII. 8. prodiit, 112) quam secuti sunt aliorum praecipue RESENI, SVANINGII, 113) et STEENBVCHII labores. 114) HVIVS non nisi vnicam mihi videre licuit editionem, 115) (nam quae Lugd. B. MDCCXXXVII. in 8. cum priuil. regin. CHRISTINAE impressa est, in naufragio periit, vt alias taceam) quantum diuinare potui non satis harum linguarum peritus, quamuis a GERMANICA in primis SAXONIAE inferioris lingua ista non longe nimis recedat, exacte cum B. LVTHERI versione conuenientem

## §. XXXII

HVNGARICAM N. T. versionem proxime a temporibus LVTHERI primus tentavit MART. CYRIAC. LOETSEI cum aliis, de quibus parum constat, sed collegium LVTHERANVM CSEPREGIANVM primam saec. XVI. concinnauit N. T. versionem integram rarissimam, ab hostibus euangelicae veritatis suppressam, adeo vt eius hodie vix vola vel vestigium adpareat. 116) SAEC. XVII. quidam CASPAR CAROLI ex versione BEZAE, addictus religioni reformatae, N. T. versionem conscriptam edidit, sine loci et temporis mentione in BELGIO, vt opinor, impressam, 117) qua hodie multi vtuntur. HVNC excepit studio aemulandi quidam KALDI Soc. I. qui ex vulgata in gratiam ROMANO-CATHOL. translatum edidit N. T. 118) POST horum labores MATTHIAS BEL saec. XVIII. quo viuimus, conrexit C. CAROLI N. T. versionem ad textum GRAEC. et analogiam fidei, et edidit, 119) sed nouis-

112) *S Dänische bibliotek* P. 1. p. 120113) Vid. *Acta hist Eccles.* T. III. p. 1050114) *Vnsch. Nachr.* 1718. p. 538. *Suppl.* 11. p. 449115) *Lubec.* 1622. II. vol. in 4116) Vid. praef. quam ANDREAE TORKOS editioni N. T. praemisit eius filius IOSEPH TORKOS. *Witteb.* 1736. 8117) Seruat hanc in 12. mai. biblioth. IENENSIS acad. DE alia biblior. HVNGAR. versione rara vid. SCHELHORNII *amoenit.* T. II p. 361

118) Vid. citatam praefationem IOS. TORKOS, supra not. 116.)

119) Prodiit *Lipsiae* 1717

nouissimam versionem, ex LVTHERI mente exacte consignatam, debemus ANDRAE TORKOS, editam demum a filio IOSEPHO TORKOS, rectore quondam nunc V. D. M. IAVRINENSI. 120) QVI igitur BEZAE (§. XV.) vulgatae (§. XIII.) et LVTHERI (§. XXI.) nouerit versiones has simul nouerit commatis nostri versiones HVNGARICAS, vt non opus sit huius linguae minus perito istas adferre

## §. XXXIII

PARI modo nec POLONICAE nec LITHVANICAE versionis exemplum huius sententiae nostrae PAVLLINAE quemquam a nobis, expertibus harum litterarum, puto desideraturum. HISTORIAM interim illius dedit SAM. ERN. TSCHEPIVS, 121) editionem vero possideo HALENSEM, 122) huius vero N. T. cum versione LVTHERI coniunctae REGIOMONTANAM, 123) ex quibus patet earum auctores LVTHERI premere vestigia

## §. XXXIII

ANGLORVM cura in studio biblico semper fuit maxima, eruditisque notissima, quae pluribus neque exponam, neque ea quae de rarioribus eorum bibliis ab aliis dicta sunt, 124) hic repetam. ADIICIAM tantum ex recentioribus loci nostri translationem: 125) *For we dare not make our selues of the number, or compare our selues with some that commend themselves: but they measuring themselves by themselves, and comparing themselves amongst themselves, are not wise. But we will not boast of things*

D 3

110) Vid. supra not. 116) adde *Acta hist. eccles.* T. III. p. 1063

121) In den *Preus. zehenden* im 20-23. Stücke. vid. *Acta histor. eccl.* T. VII. p. 1070. Rarissima sunt *Radziuiliana* 1563. fol. mai. edita biblia, vid. SCHELNORNI *amoenit.* T. VIII. p. 487. et IO. PET. KOHLII *introducſtio in hist. litt. Slav.* p. 201. 202. De bibliis SIGISMUNDO AVG. R. P. a LVTHERO oblati vid. *Acta erudit.* 1727. p. 487

122) Ed. 1726. cum praef. I. H. GRISCHOVII 8. mai. Alia prodit Regio-

monti 1738. cum praef. F. A. SCHVLZII vid. *Acta hist. eccl.* T. III. p. 1058

123) Cura I. I. QVANDT. 1727. in 8

124) Vid. le LONG in *biblioth. sacra* e. g. de bibliis episcopalibus p. 432. ed. *Boernerianae*, de aliis p. 336. 366. etc.

125) Editis London 1712. in 12. maiori, iustu olim Iacobi I. R. A. consignatis et vt titulus habet: *appointed to be read in churches*, nitide impressis, sed caractere ad modum minuto, aliam REIMM. l. c. p. 244

things without our measure, but according to the measure of the rule, which God hath distributed to us, a measure to reach even unto you. Ex qua patet illam a versione nostrorum THEOLOGORVM non multum differre (§. XVIII. XXI.)

## §. XXXV

NEC hoc loco omittendam esse putavi versionem HISPANICAM, eamque raram et in pretio habendam, CASSIODORI DE REYNA, 126) in hac versione sequitur auctor textum GRAECVM et praestantissimorum THEOLOGORVM ipsiusque LUTHERI interpretationem, (§. XVIII. XXI.) adiecit tamen in margine quoque lectionem vulgatae versionis HISPANICO expressam idiomate

## §. XXXVI

EX variis in linguam GALLICAM N. T. versionibus ab aliis recensitis, 127) splendidam sic satis adhibui editionem, 128) quae locum nostrum ita refert: *Car nous ne nous osons pas mettre du rang de quelquesuns, ni accompagner a eux, lesquels se recommandent eux mesmes: mais ils n'entendent point qu'ils se mesurent eux mesmes par eux mesmes et s'accompagnent eux mesmes a eux mesmes. Mais quant a nous, nous ne nous glorifions point de ce qui n'est point de nostre mesure, mais selon la mesure reglée, laquelle mesure dieu nous a departie; nous nous glorifierons d'estre parvenu mesmes iusques a vous.* QVAE sane versio egregie sensum GRAECI textus exprimit (§. VIII.)

## §. XXXVII

126) Editam 1569. 4. 1622. 4. sine mentione loci, quae in omnibus adeo conueniunt vt in fine vtriusque editionis legatur. *Anno del Senyor MDLXIX. en Septiembre:* sine mentione auctoris, cuius nomen post praefationem litteris C. R. indicatur, quem le LONG falso Calvinianis adnumerat vid. *Teutsche Acta erud.* T. x. P. 119. p. 802. R. SIMON *lettres choisies* T. 1. p. 189. *Hist. crit. v. Test.* 11. p. 131. *Hist. bibl.* FABRIC. T. 1. p. 13. qui in eundem le LONGII errorem cum C. KORTHOLTO de variis

*scripturae edition.* c. 24. lapsus, nostrum de REYNA Calvinianis adnumerat, vid. CASP. LINDENBERGIVM de *non contemnendis ex lingua HISPAN. utilitatibus Theolog.* Lubec. 4. 1706

127) le LONG in *biblioth. sacra.* R. SIMON *Hist. Crit. V. T.* P. 11. p. 133. REIMM. l. c. p. 224. 244. 243. *Nachr. von den neuesten Theol. Büchern* B. 1. p. 851. P. 11. p. 335

128) *Amstelad.* 1669. fol. aliae par MARTIN, QUESNELL, etc. ab hac non differunt in h. l.



## §. XXXVII

RECENTIORES textus nostri in linguam ITALICAM versiones, ab iis concinnatas, qui castra LVTH. sequuntur, huius quoque inhaerere vestigiis, nullum est dubium. 129) SED antiquissimum interpretem ITALVM, deserta vulgata GRAECVM sequi, miratus sum, 130) hic enim ita transtulit comma nostrum: *Cbe non hauemo ardire agiungerse et aguagliarse ad alquantz iquali lodano se stessi, ma essi in se stessi misurando et comparando se stessi a se stessi non intendono. Ma noi oltre misura non si gloriaremo, ma si secondo la misura della regula, con laqual Dio a noi ha mesurato la misura de peruenire insino a voi.* OMNIA satis recte (§. VIII.)

## §. XXXVIII

ADDVXI potiores rariores et accuratiores variarum in varias linguas versionum auctores et interpretes, eum in finem, vt ipsi ex horum consensu et laboribus iudicium ferre possint lectores, de recta verborum PAVLLINORVM in commate nostro interpretatione. ALIORVM eorumque plurium translationes hic praetereundas censui, tres tantum pace lectorum adiungam versiones, vnam idiomate inferioris SAXONIAE consignatam ex bibliis rarissimis, quae possideo LVBECENSIBVS, 131) huius tenoris: *Wente wy döven vns manck de nicht reken edder tellen, de syck silluest lauen. Ouerst de wile dat se syck by syck silluest methen, vnde holden allene wat van syck silluest, so vorstan se nictes. Wy öuerst berömen vns nicht bauen dat mäl, sunder allene na dem male der regeln dar vns Gott dat mäl mede affgemeten, befft, tho langende ock beth an iuw.* ALTERA EST SANTIS PAGNINI, 132) ita sonans: *Non enim sustinemus inserere aut conserere*  
 NOS

129) v.g. GLVCKII, de 1743. 8. Alzenburg. MVLLERI de 1744. 8. Lips. etc. vid. *Acta bistor. eccles.* T. VII. p. 1071. de aliis MATTH. D' ERBERG, ANT. BRVCCIOLE, DIODATI, etc. vid. REIMMANN. l. c. p. 207. 224. R SIMON *Hist. crit.* V. T. P. II. p. 131. le LONG *biblioth. sacra.* etc.

130) *Biblia volgare in Venetia* 1553. fol. tradotta per il R. D. Dom. Nicolao de MALERMI. vid. *Hist. bibl.* FABRIC. T. I. p. 23. R. SIMON. *Hist. crit.* V. T. P. II. p. 125 126

131) Fol. 1533. de quibus vide IO. HENR. a SEELEN *selecta litter.* p. 173

132) 1528. fol. Lugduni prima vice  
 IUSSU

nos ipsos cum quibusdam qui seipsos commendant, sed isti non intelligunt, quod ipsi inter sese seipsos metiuntur et comparant, semet sibi. AT nos non in immensum gloriabimur, verum iuxta mensuram regulae, qua partitus est nobis deus mensura pertingendi etiam usque vos. A qua non adeo abludivit tertia BENED. ARIAE MONTANI, 133) quae haec est: Non enim audemus inferre aut conferre nos ipsos quibusdam seipsos commendantibus, sed ipsi in seipsis semetipsos metientes et conferentes seipsos semetipsis non intelligunt. Nos autem non in immensurata gloriabimur, sed secundum mensuram regulae quam partitus est nobis deus mensuram pertigisse usque ad vos. VTRAQUE sequitur ad verba ipsum textum GRAECVM (§. VIII.)

## §. XXXVIII

PERPENDENTI haec omnia quae adhuc adtulimus, facile adparebit, duplicem esse posse verborum nostrae iam disquisitioni subiiciendorum ex mente interpretum sensum, quorum uterque suis niti videtur argumentis, suos habet patronos et defensores, aliis haec verba commatis 12. ἀλλὰ αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτὸς μετρήντες καὶ συγκρίνοντες ἑαυτοῖς, ad PAVLLVM de seipso loquentem, aliis ad falsos apostolos a PAVLLO in his reprehensos, trahentibus. PRIORI sententiae adstipulantur praeter supra adductos, (§. XIII. XXII. XXIII. XXXII.) AMBROSIVS 134) L. BOS, 135) HOMBERGK ZV VACH, 136) P. ZORN, 137) alii- que, 138) posteriori praeter citatos, (§. XII. XIII. XV. XVI. XVII. XVIII. XVIII. XX. XXI. XXIII - XXXVIII.) CHRYSOSTOMVS, AVGVSTINVS, THEOPHYLACTVS, ZEGER, CAPPELLVS, GROTIVS, 139) HAMMOND, CLERC, BEAUSOBRE, G. ADA-

iussu LEONIS X. vid. R. SIMON. *Hist. Crit.* V. T. P. 11. p. 109. *Hist. biblioth. FABRIC.* T. 1. p. 45. REIMM. l. c. p. 193. 195. 196. 241. le LONG. etc.

133) de quo vide iam. cit. au&.

134) *Bibl. crit. Anglic.* Tom. v. p. 409

135) In *exerc. philol. ad quaedam N. foederis loca.* p. 165. 170

136) In *parergis sacr. s. observat. ad N. T.* p. 270

137) In *biblioth. antiquario - exeget.* T. 1. P. 11. p. 1142. s

138) A. H. FRANKE, vid. *I. I. Rambachs woblanterrichteten Studios. Theol.* editum a Christi. HECHT p. 843. not. \*

139) *Bibl. critic. Anglic.* l. c. p. 406 - 416.

G. ADAMI, 140) ELSNER, 141) WOLFF, 142) LANGE, 143) SCHOMERVS, 144) etc.

§. XXXX

QVOD si iam ex numero et multitudine consentientium causa esset decidenda, nihil diceremus amplius, res esset confecta et victoria posteriori adiudicanda sententiae. VERVM enim vero cum in rebus facti aut historica, ex conuenientia testium et testimoniorum fide dignorum vnice dirimenda, in praesentiarum non versemur, tota ista nubes testium a nobis est dimittenda, res redit ad ratiocinia. SED cum vnicum aliquod indubitatum, ex quo nexu concatenato concludi possit, a quorum partibus stet veritas, non adsit principium, ad regulas probabilitatis, quam vocant, hermeneuticae, quae ex conuenientia antecedentium et consequentium concludi docent, nobis est confugiendum. EQVIDEM si ita placeret, syllogistico quasi ariete omnem rem pulsaremus eamque planam redderemus. QVAECVMQVE enim hypothesis et explicatio cum omnibus, quae rem circumstant momentis intellectui nostro peruiis, antecedentibus et consequentibus, optime conuenit, illa est admitenda et reliquis ceu vera praeferenda: atqui posterior illa (§. XXXVIII.) est ita comparata, ergo cur istam non comprobemus et amplectamur lubentes, iusta non adparet ratio. DE maiori sane propositione huic ratiocinio praestructa, nullum est dubium, quod in logicorum scholis extra omnem dubitationis aleam ponitur, at in minore probanda adsumptione cardo rei vertitur, in qua vero adstruenda deficit demonstratio, vbi ad euoluendas singulas voces seorsim et in coniunctione spectatas, arbitrarie hominum inpositioni obnoxias, est deueniendum. VTRAMQVE interpretationem nihil habere falsi in se aut quod contrarium sit analogiae fidei, quiuis cognoscet, vtramque vero simul locum habere, prorsus fieri nequit, nisi velimus aduersis frontibus

E

bus

140) In *observat. Theolog. Philol.* Groningae. 1710. 4 p. 433

141) In *observat. sacris in N. T. libros,* p. 155

142) In *curis philol. et crit. in XIII.*

priores s. PAVLLI epist. p. 649. seq.

143) In *Apostol. Licht und Recht,* ad h. l. etc.

144) In *exeg. in epist. PAVLLI ad ROM. et vtramque ad COR. ad h. l.*

hus inter se admittere pugnantia, et scriptorem sacrum statuere oraculis flexiloquis et ambiguis legentes fefellisse et ambibolia decepisse vix in profano scriptore toleranda

## §. XXXXI

IN posterioris igitur sententiae confirmationem descensuri, miramur HOMBERGIVM contrariam adoptantem, adeo vt extra controuersiam positam eam esse debere censeat, 145) fateri tamen se nescire, quo tendat illud ἔ συνιᾶσιν. QUID hoc est nisi contra principium iuris agere vulgatissimum, et iudicare tota lege non perspecta? BOS et ZORN hoc ἔ συνιᾶσιν habentes pro datiuo plurali, PAVLLVM dixisse putant: *Sed nos nobismet ipsos metientes, et comparantes nosmet ipsos nobismet ipsis, non sapientibus*: 146) quomodo vero haec cohaereant cum sequentibus: *nos vero non in immensa gloriabimur*: non ostendunt, nec ad rem faciunt, quae de permutandis participiis μετρεῖντες et συγκρίνοντες in μετρεῖμεν et συγκρίνομεν adferunt, cum GRAECI equidem sint μέτοχοι seu per participia frequentissime loquentes, ita tamen vt verbum non temere omittant resoluentem participia v. g. MATTH. XIII. 13. καὶ ἀκούοντες ἔκ ἀκρόσιν, ἔδὲ συνιᾶσι. DEINDE ex mente eorum, dum PAVLLVM se non comparare adserunt sapientibus sed sibi ipsi, vt se conparet insipienti necesse est, quod si quid video, est sensum fingere ad modum inconmodum, conlatis antecedentibus iis quae de scopo apostoli diximus, (§. X.) et quae de seipso II. COR. XI. 6. profitetur. IN illo: ἀλλὰ αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτῶς μετρεῖντες: temere fingit ellipsin quam putat elegantem, quasi esset: ἀλλὰ ἡμεῖς αὐτοὶ: quod est petere principium studio inseruendi hypothese, quomodo enim illud: ἀλλὰ ἡμεῖς αὐτοὶ: posset opponi antecedenti commati, et cohaerere cum sequenti: ἡμεῖς δὲ ἔχλ εἰς τὰ ἄμετρα, etc. NON nego αὐτοὶ dici interdum pro ἡμεῖς αὐτοὶ, sed vbi adiectum est verbum primae personae pluralis v. g. II. COR. I. 9. αὐτοὶ ἐσχίκαμεν. RECTE statuit pronomen illud conpositum, esse omnium personarum, quod vero addit: *saepissime pro prima persona adhiberi, id tantum abest*

145) Vide supra not. 136. cit. libellum V. C.

146) Vide adlegata supra not. 135. 137. scripta

abest ut verum sit, ut potius saepissime pro tertia persona adhibeatur, quod docent innumerae fere N. T. locutiones, quas dabunt concordantiae. QVOD tandem iubet obseruari, hasce voculas coniunctas: αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς: non semel reperiri in N. T. pro: *nosmet in nobis ipsis*, e. g. II. COR. I. 9. ROM. VIII. 23. id tum demum verum est, si adsit verbum adiectum primae personae pluralis, aut ἡμεῖς, alias est falsissimum, v. g. IO. XII. 32. ROM. I. 24. etc. MULTVM sibi videtur inuenisse praesidii ad suam sententiam corroborandam ZORN in illo HORATIANO 147) *metiri se suo modulo ac pede*, et in illo LVGIANI: παραμετρῆν ἑαυτὸν ὀκεία μετρώ: verum illud est iudicare linguam GRAECAM EX LATINA, quod non procedit, hoc vero non est μετρῆν ἑαυτὸν ἐν ἑαυτῷ, καὶ συγκρίνειν ἑαυτὸν ἑαυτῷ, rectius haec quis inlustraret ex QVINTILIANO, 148) *Necesse est, inquit, sibi nimium tribuat, qui se nemini comparat.* RELIQUA μετρῆν ἑαυτὸν, μετρῆν τὴν ἑαυτῆ σκιάν et alia quae erudite satis ex GR. adfert et LAT. auctoribus, huc non faciunt, nihil ea propter obstat, quo minus in ea versemur cum doctissimis haeresi, verba commatis nostri ita exponenda esse: *NON enim gestio adscribere aut comparare meipsum quibusdam seipsos commendantibus, sed ipsi ad seipsos sese metientes et comparantes seipsos seipsis, non sapiunt.* EGO vero non sine mensura gloriabor, sed secundum praescriptam regulam, quam distribuit mihi deus mensuram, penetrandi usque ad vos etiam. QVAM quidem sine tropis et figuris, sine ellipsi, polyptoto, ironia, et orationis supplemento, perspicuam, cum antecedentibus et consequentibus adprime cohaerentem, et optime interpretum menti congruam praestantissimorum, ipsiusque PAVLLI sensui exacte conuenientem, ad verba expressam puto versionem (§. VIII. XI. XXI. XXXVIII.)

## SECT. II. DEFINIENS ET ADPLICANS.

### §. XXXXII

**H**is praemissis ad ea, quae exinde in emendationem intellectus nostri et voluntatis nostrae quidquam possint conferre, de-

E 2

scen-

147) *Lib. I. ep. v 11*148) *Instit. orat. lib. I. c. 111*

scendamus, illam quam mente concepimus *heautometriam* designaturi. EST ea, si vocem spectes, *actio mentis, qua quisque suarum virium probe conscius illarum gradus recte nouit, et illas secundum hos ad intentionem diuinam adhibere sat agit prudenter, quae si ad normam diuinam rectae rationis instituta, crebra repetitione actionis vnus modi secundum regulas, in promptitudinem agendi hinc in habitum abeat, virtus dici meretur. CVM enim virtus sit habitus legibus faciendi satis, leges vero omnes tendant in nostram perfectionem, quod docet IVS NATURAE consentientibus sacris paginis, istius autem heautometriae habitus nostram egregie augeat perfectionem, vti omnes norunt, qui illud: *nosce teipsum, connoitre son fort et son foible*, primis totius PHIL. MOR. adscribunt ex omnium consensu principiis, 149) cur istam inter virtutes numerari velimus, mirum videri potest nemini. NEC est quod altius repetamus cogitationum nostrarum de heautometria, quam ab ipsa eius definitione, initia, qua qui destituitur virtute, nae is andabatarum more et cum laruis pugnabit, nubem pro IVNONE amplectetur, seque ipsum omni spe vitae bene beateque instituendae et expectationem suam felicitatis dubio procul omni frustrabitur, quod quam foedum, quam putidum, quam noxium sit, sine vltiori demonstratione patet vnicuique*

## §. XXXXIII

AD illud mihi pro se quisque intendat animum, sapientissimum illud numen, quod in hac rerum vniuersitate esse voluit homines, intellectu et voluntate libera praeditos suarum testes perfectionum, per ipsam naturam dona sua vires facultates et cuiuscumque generis illis distribuisse bona, teste communi omnibus experientia, adeo vt prorsus destitutum omnibus et vacuum viribus videant neminem. SPECTANTI paullulum adcuratius varia hominum genera, vitae conditiones, dotes intellectus, indoles animi, corporis vires, aetatum diuersitates, studiorum numerum, et alia ista omnia, quae mortales circumstant, et cogitanti quanta in his sita sit virium multitudo, quibus natura nos

in-

149) Vide *Auszug aus den Anfangsgründen der practischen Weltweisheit.* Ethic §. 653. *Natur- und Völkerrecht* §. 137 *Klugheitslehre* §. 98. 258

instruxit copiosissime, illud adparebit luculentius QVOD si huic considerationi adiungas gratiae diuinae contemplationem largissimae, qua per diuinas litteras ad aeternam per fidem in optimum seruatorem beatitatem maximo donorum cumulo distributo, peruenire cupit inoffenso pede et felici itinere omnes omnino homines numen indulgentissimum, ἐκ μέτρου deum spiritum suum non effundere nec auare suis donis pretium statuere, cognosces 150)

## §. XXXXIII

CVM vero in his omnibus vel naturae vel gratiae diuinae donis, homines suis quisque circumsepti limitibus et finibus inclusi, vt infinitis gaudeant perfectionibus fieri nequeat, certa atque determinata vnumquemque instructum esse virium quantitate est necesse, quae cum quantitas omnis certam admittat mentionem et ad alias relata conparationem quamdam proportionemue, omnino ad aliquam potest exigi mensuram. NON omnia possumus omnes, et in his, quibus nos inpertire natura, nexus caussarum atque effectuum in hac rerum vniuersitate consuevit, viribus et perfectionibus, et in illis, quae in regno gratiae suis distribuit deus donis est aliqua graduum diuersitas, quae naturalem quamdam in se continet mentionem moderationem modumque, quem vltra citraque nequit consistere rectum. ALIA vero est mensura virium facultatum et perfectionum *naturalis*, qua quousque vnusquisque *possit* progredi in seipso deprehendit, alia *moralis*, qua quousque ipsi progredi saluis legibus et naturae et gratiae 151) *liceat*, quilibet sentit et cognoscit, sua ad istas referens peculia

## §. XXXXV

QVAE cum ita sint, et quiuis secum habitare discat, suarumque virium facultatum et perfectionum quantitatem et gradum earumque vsum et moderationem mensuramque cum naturalem tum moralem (§. XXXXIII.) pernoscere intime studeat, sequitur necessario, (§. XXXXII.) adeo vt qui illud vel negare vel in dubium saltem audeat vocare, omnium rerum ignarum esse oporteat. RARO tamen tam bene cum genere humano agitur vt

E 3

melio-

### XXXVIII

meliora pluribus placeant, rari quippe boni, ex sententia *IUVENALIS*, vix sunt numero totidem, quot *THEBARVM* portae vel diuitis ostia *NILI*. EX quo fit, vt heautometriae nostrae studium maxima tantum sit diuinarum mentium sapientium et prudentum occupatio, secundum illa *AVSONII*: 152)

*VIR* bonus et sapiens, qualem vix reperit vnum millibus e multis hominum, consultus *APOLLO*, index ipse sui, totum se explorat ad vnguem.

*QVID* proceres, vanique ferat quid opinio vulgi securus, etc.

### §. XXXXVI

*HUMANAE* quippe naturae, inquit *BOETHIVS*, 153) *ista conditio est, vt tum tantum ceteris rebus, cum se cognoscit excellit, eadem tamen infra bestias redigatur, si se nosse desierit: nam ceteris animantibus sese ignorare, natura est, hominibus vero vitio venit.* *VTI* vero hominis est in cognitione sui ipsius antecellere animalia bruta, ita virtutis heautometriae studio omnes reliquos anteire homines, quam maxime est sapientis. *OMNEM* igitur, qui sese studet praestare ceteris hominibus, summa operi decet, vt non tantum seipsum suasque noscat vires sibi a deo et natura concessas et facultates, sed vt istas recte metiri quoque earumque gradus adcurate valeat determinare, quo ipso ea demum quam quaerimus efficitur heautometria. *QVEM* ad modum enim in triplici hominem cognitione, historica, philosophica, et mathematica, vltima summum constituit gradum, ita in cognitione sui ipsius est quidem aliquid, historicam habere suarum virium notitiam, longe tamen maius earum nosse causas, quod demum est scire quid valeant humeri quid ferre recusent, sed omnium denique maximum earum quoque perspectos habere gradus, eas quasi in numerato habere et iusto metiri modulo et recta mensura, vt quousque eae pertingant certo sciamus.

### §. XXXXVII

*EQVIDEM* mathematico-mechanicam *ἀριθμητικῆς* quamdam, qualis in quantitate molis emetienda requiritur, quaeque regulis nititur numerorum longitudinum et ponderum, arithmeti-  
geome-

152) *Edyllio. xv 1*

153) *Consol. Philos. Lib. 11. prosa v*



geometricis mechanicis et algebraicis, locum hic non habere, quamuis ista in mensura virium naturali non penitus excludatur, (§. XXXIII.) quilibet me non monente perspiciet. SED locum hic habere mensuram aliquam mathematico-moralem, qualis in quantitate virtutis requiritur, quaeque legibus nititur naturae physicis et moralibus, iis nimirum quae in natura hominis physica et morali, vniuscuiusque facultatibus instinctibus iuribus et officiis, ad diuinam intentionem nostramque perfectionem determinandis, habent rationem, nemo vumquam sanae mentis negabit. HANC mensuram procul dubio transgrediuntur, qui maiora viribus suis audent, et nimia sui confidentia eius generis in se negotia suscipiunt, quibus nec per rerum naturam viresque et dotes tum corporis tum animi a natura sibi concessas, ex asse satis facere queunt, nec per leges diuinas et humanas se inmiscere debent et implicare. QVOD vitium vel ex praeiudicatarum opinionum praecipitantiae aliarumque vecordia, vel perturbationum animi vehementia, inconsultaque temeritate, vel ceu peste fugienda πολυπραγμοσύνη 54) semper vero ex neglecta heautometria ortum trahit, et inmane quantum cum aliis nocet, tum istud perpetranti

## §. XXXXVIII

VTI vero dum vitant vitia stulti in contraria currunt, ita sunt qui, neglecta heautometria, in se ipsos nimia diffidentia sunt iniurii, immo et aliis maximum nonnumquam adferunt damnum et detrimentum. SED hi erunt fere, qui vel ignari suarum sibi a natura, dei beneficio et gratia, virium concessarum, ipsi quid possint nesciunt, vel timidi auari et ignaui somnolenti, similes seruo malo et pigro, qui timens austeritatem domini, suum in terra abscondebat talentum, (MATTH. XXV.) vel suspicaces et de felici rerum suarum successu omnem spem abiicientes, qui dum maiores rebus inesse fingunt sibi difficultates, quam quas superare possent pertinaci industria et inprobo labore, malunt nihil agere, quam tentare et periclitari ingenii vires et oblatam sibi rebus suis consulendi fortunam, vel denique otio et

MAR-

154) Vid. de hoc vitio diss. C. H. Argent. 1703. I. G. IOCH. Ienae 1708  
REIBICH Witt. 1700. I. G. MERZII

MURCIAE indulgentes, voluptatum inlecebris deliniri et luxuria diffluere qui malunt, quam expugnare obstacula et paucorum dierum, magni commodi caussa, deuorare molestias, vel tandem peruicaces suae mentis, qui dum nihil, nisi quod ipsorum moribus conuenit iisque saliuam mouet, rectum putant et aequum, ad magna inceptanda facinora et memorabilia, trunci videntur et stipites. QVOD genus hominum omne, quam insipidum sit inficetum et ab omni ratione virtuteque remotum et alienum, dici vix potest

## §. XXXXVIII

VT istas vitet extrema sibi repugnantia sapiens et quasi inter scyllam et charybdim nauigans, instar VLYSSIS, rectum quo tendit cursum, medium tenens beatus, dirigat, quatuor ad momenta in heautometria adtendat semper, est necesse, primo ad vires dotes facultates suas mensurandas probe et perpendendas, cum omnibus quae istas circumstant instinctibus suis iuribus et officiis immo vitiis et defectibus, deinde secundo ad seipsum sua quaeque metientem et ponderantem, tertio ad modulum et regulam secundum quam ipsa mensio est instituenda et ad quam mensura rerum suarum est exigenda, quarto denique ad ipsum negotium inceptandum eiusque finem, ad quod referri debent, iusta proportione, sua prudenter mensurata. AD primum quod adtinet momentum omnem, qua id quidem fieri licet diligentia atque solertia, in id operam figat et laborem vir bonus et sapiens, vt totus se suaque exploret, remotis omnibus et praeiudiciis et animi perturbationibus, ad vnguem, vt se ipsum sentiat, omnes mentis suae latebras perreptet et in quo rerum statu et conditione vbique sua sint pernoscant, (§. XXXXV.) in quo rerum suarum scrutinio multum ipsum iuuabunt scientiae et artes, quae hominem eius intellectum voluntatem et corpus nosse docent, inter quas primas tenet PHILOSOPHIA, quae quo propius ad hanc cognitionem manu ducit, eo pretiosior et accuratior est habenda, cuiusque defectus in explorandis hominibus ex reuelatione et experientia sunt supplendi. AD secundum momentum quod adtinet, caueat sibi ab imposturis propriis, quae noxiores sunt reliquis, et in hoc negotio peri-

periculosissimae, cum in his plerumque fauor officiat iudicio et sua praeuideant oculis homines male lippi inunctis, neminem damnet nisi seipsum, nec nimis de seipso sentiat magnifice, sed sua quoque bona norit ad amissim. AD tertium si respiciat momentum, modulo vtatur falli nescio, cum ab hoc totius heautometriae dependeat recta minimeque fallax dispositio et adplicatio, nulla vero fieri possit mensio sine regula mensura et canone aut modulo, de quo in sequentibus pluribus est agendum. AD quartum denique momentum, teneat ex PHILOSOPHIA, quae de moribus officiis et iuribus nec non consiliis praecipit, eam maxime partem, quam scientiam prudentiae seu POLITICAM vocant, discat negotiorum cuiusuis generis naturam, fines obiectum et media, iusto examini subiicere, omnium iustum statuere pretium, et quid in his humana possit diuinis suffulta auxiliis sollertia, penitus introspicere et prospicere.

## §. L

CETERA huius disquisitionis momenta ipsis disciplinis permittentes, tertium de modulo et pede in heautometria adhibendo, vltterius considerabimus, is vero talis esse debet, vt ad eum vires facultates iura et officia nostra, cum proportione ad quaeuis negotia, ab vnoquoque, tuto et secure sine periculo errandi et fallendi, possint exigi et secundum eum recte mensurari. (§. XXXXVIII.) EVM vero diuersum esse a viribus et facultatibus metiendis, distinctum porro ab ipso eas metiente, et tandem ab ipso negotio ad quod virium nostrarum est instituenda comparatio proportioe, patet ex superioribus, ex quo id consequitur, eum non posse poni in vnus cuiusque, quam de seipso mente concepit, opinione, hoc enim est μετρεῖν ἑαυτὸν ἐν ἑαυτῷ, quod vitio vertit PAVLLVS falsis apostolis, (§. XXXXI.) muneri apostolico temere se ingerentibus. ISTA enim omni destituta certo fundamento opinio, fecunda semper fuit errorum et vitiorum genitrix, dum qui soli sibi sapere videtur, reliquos omnes capita cerebro vacua gerere aut fungum pro cerebro putat, et volitare sicut vmbras, se itaque omnibus statuit anteponendum et audiendum prae reliquis. VNDE est nimia sui confidentia, philautia, temeraria ambitio, pruritus docendi, regendi,

F

aliis

aliis imperandi, conuertendi alios, fallendi vnumquemque, medicandi vitiis publicis, reformandi innouandi rem publicam sacram et litterariam, susque deque habitis legibus diuinis et humanis, a cuius generis hominibus quantae sint vbique terrarum confusiones, rixae, altercationes saepe de lana caprina et turbae excitatae atque tumultuationes, omnium paene historicorum loquuntur monumenta

§. LI

SED nec aliorum, siue amicorum siue inimicorum, de viribus nostris opinio, earum potest esse regula et mensura, vtpote quae quanto saepissime nos aliosque fallat opere, docet experientia et recta ratio. NON amicorum, hi enim quidquid in suis reprehendunt, quos concordi quadam amicitia et caritate complectuntur, amoris fraudibus occaecati, laudant, mirantur et extollunt, eosque ex stultis faciunt insanos tribus ANTICYRIS insanabiles. NULLA enim fere vmquam exstisset, vel quidquam ausa fuisset stultitia nisi homines stultos magis infatuassent placentia sua stultiores. NON inimicorum, hos enim daemoniacis plerumque fraudibus inretitos, mala stultitia et inscitia veri, cum odio VATICINIANO coniuncta, caecos agit, vt ipsas aliorum virtutes et merita dente rodant vbique THEONINO, conuitiis proscindant et verborum contumeliis lacerent, bonos nullo non tempore ad interneccionem vsque persequantur et pessudent, atque infortunio quantum possunt macent. VIR enim bonus probus et honestus, multo magis qui optimo generis humani seruatori nomen dedit, vt inter omnes constat, id tantum agit, quantum in se situm est, vt quemcumque reddat perfectissimum, fortunatissimum, beatissimum, inuidia et odio premit nullum, nullius de virtutibus detrahit et fama, maledictis conuiciis et contumelia onerat et conuellit omnino neminem. AB improborum itaque pseudo-apostolorum cauillationibus et contumeliis PAVLLVM se suumque munus apostolicum defendisse, et iusta eorum insultationes friuolas reiecisse et declinasse defensione, (§. X.) id ipsi non dandum esse crimini, iure nostro existimamus

§. LII

NULLA igitur certior, nulla tutior, perfecta expletaque  
omni-

omnibus suis numeris et partibus et absoluta excogitari potest regula, et virium nostrarum ad quodcumque negotium adcommodandarum mensura, quam ab ipso summo numine statuta et praescripta norma. NEC est quod diu multumque quaeras, ubi hanc inuenias, cum partim ipsa recta ratione duce, partim praesentibus sacris litteris, ipsam in inlustri loco positam habeas, omnibus conspiciendam. RATIO obiectiue sumta est id, ex quo cognoscitur cur sit alterum, subiectiue est facultas perspicendi nexum rerum, et recta ratio est habitus tantum vere perspicendi eundem nexum. HVIVS ipsi summo numini, fonti omnium bonorum atque perfectionum, nos debere initium atque originem, qui neget, ego quidem noui neminem. AD istam ducimur ipsa natura, qua aduersante et repugnante nihil decet, a primis iisque communibus naturalibus atque insitis in animis nostris notionibus et instinctibus, sine diuino cum iis coniuncto, ad nostram perfectionem et conseruationem humanae societatis in gloriam numinis, tendente, a prauis cupiditatibus dignoscendis et ad legem naturalem natura notam atque omnium mentibus insitam emendandis et dirigendis. LEGIS naturae scientia est ipsum IUS NATURAE, a doctoribus eius variis, a nobis ipsis, et haud ita pridem ab inlustri CLAPROTHIO, amico nostro et auditore quondam singulari nunc beato, in opere postumo GOETTINGAE edito, traditum. AD hanc regulam accedit pro ratione virium et negotiorum diuina reuelatio, viris Θεοπνευστοῖς apostolo PAVLLO nullo intercedente proxime data diuinitus per miraculum, a nobis ex sacris litteris haurienda, ad hanc diuus prouocat internuncius, hanc nominat μέτρον τῆ κανόνος ἔ ἐμέρισεν ἡμῖν ὁ Θεός, hac tuetur munus legationis suae ad COR. contra fictos oratores, hanc negligere et transilire et suis delectari aliosque demulcere somniis iisque gloriari, vocat καυχᾶσθαι εἰς τὰ ἄμετρα, sich ohne Grund, Beruf und regelmaessige Vorschrift brüsten und gros machen, quod suis obiicit exprobrat et vitio vertit rectissime inficetis aduersariis

§. LIII

METPON hoc τῆ κανόνος ἔ ἐμέρισεν ἡμῖν ὁ Θεός, ex recta ratione partim, partim ex sacris litteris a nobis cognoscendum, idem est, quod alio vocabulo dicunt, *vocationem*, quae est potestas facultates suas et vires

ex lege diuina siue rectae rationis siue reuelationis, §. LII.) adhibendi ad fines. 155) PRIMVM itaque totius heautometriae adplicandae principium est, τοῦ εἰσὶν elegantissimus morum doctor SYRACIDES ita expressit: 156) Ἐν τῷ ἔργῳ σε παλαιώθητι, vel: ἔμμενε τῷ πόνῳ σε: quam deinceps peculiari sensu gentium doctor 157) ad eos qui CHRISTO nomen dederunt traxit et adcommodauit: Εἰ μὴ ἐκάσω ὡς ἐμέρισεν ὁ θεός, ἕκασον ὡς κέκληκεν ὁ κύριος, ἔτω περιπατεῖτω: Ἐκασος ἐν τῇ κλήσει ἢ ἐκλήθη, ἐν ταύτῃ μέντω. ET cum haec vocatio sit vel generalis, omnium omnino hominum, vel specialis, huius vel illius vitae generis, vel specialissima, cuius vis indiuidui, nos missis iam duabus posterioribus, priori tantum inhaerebimus, cuius prima regula ex consensu omnium sapientiae doctorum diuinarumque litterarum esto: OMNIA fac tendant, quantum in te tuisque viribus situm est, ad gloriam dei, tui aliorumque perfectionem et felicitatem ex intentione numinis diuini promouendam, secundum vocationem tuam, cum piis precibus ad deum directis, laudibus maiestatis diuinae, omni qua id quidem fieri licet, industria, modestia et αὐταρκεῖα. CVIVS regulae demonstrationem, ad scholas sapientiae morum sacrarumque paginarum, remittimus desiderantem, qui quae huic contrariantur normae omittenda esse omnia, declarabunt vberius (§. LIII.) LICEAT mihi hic adferre exemplum hominis, qui ad crepidam vocatus, si calceos reliquisset ad pedes aptos adfabre consutos atque antiquo artificio, non inuiderem adseclis, si eodem loco illos haberent, quo eruditi libros rariores, aut ROMANAE curiae placita sectantes sanctorum reliquias, hic vero mutatis calceis mysteria PHILOSOPHORVM resoluens, ad quaestionem. „Was massen sich die Sele mit dem Leibe vereinige? ita respondet: 158) Diss ist „oben erkläret, das alle 3 principia in einander sind, und die gebaehren ein „Kind ihres gleichen, es stehet alles in einander, bis die Turba den Leib zerbricht, dan stehet die Sele im innern Leibe, als in Gottes Leibe, oder so sie „falsch ist in der Turba, welche ihr einen Leib giebt nach der Imagination, „alles nach den gemachten Greweln. Die Sele stehet im Blute des Herzens, „da hat sie ihren Sitz und Vrstandt, das eussere Wasser und Blut vermengt sich, „aber es faenget nicht gaenzlich das Wasser des Blutes, aber mit der Imagination wirds gefangen: Es faenget wohl natürlich das innere Wasser, aber das „Licht der Maiestaet mit des Lichtes Tinctur faenget es nicht, als nur durch „die Imagination, drum ist oft ein Kind sehlicher als ein Alter, welcher den „Teuffel zur Herberge hat. Aber es werden nicht viel Heiligen geböhren, „als nur aus guten Saamen, da sich doch oft nach der maechtigen Constellation eine grimmige Turba einwindet; wie zu sehen, dass oft fromme Eltern „boese Kinder haben; doch Gott kennet die Seinen. Solches siehet man „an Iacob und Esau, welche in Mutterleibe zanckten, auch an Cain und Abel,

155) Vid. Auszug aus den Anfangs-Gründen der Practischen Weltweisheit §. 405

156) Cap. xi. v. 20. 21

157) I. COR. VII. 17. 20. 24

158) Vide: Vierzig Fragen von der Selen Vrstand etc. beantwortet durch IACOB BOEHM. Amst. 1663. 8. p. 96

„an Isaac und Ismael, und fort an vielen.“ IAM quaeso, quid hoc est ad quaestionem: *quomodo anima cum corpore sit coniuncta?* iudicet APELLES: NE sutor ultra crepidam: aut PERSIVS:

RESPICE quod non es, tollat sua munera cerdo:  
tecum habita et noris, quam sit tibi curta suppellex

## §. LIII

QVOD si quis suas sibi conlatas vires et facultates ad modum sentiat esse exiguas, nec quod conqueratur habet, nec cur despondeat animum inueniet, faciat quod et quantum potest, seque ad ea, quae sibi conueniunt, natum atque vocatum putet. NEMO tam pauper viuit, quam natus est, inquit SENECA, 159) nemo adeo omnibus se spoliatum atque exutum deprehendet viribus, vt plane nihil possit ad bene beateque viuendum. (§. XXXXIII. LIII.) IGNAVI et vecordissimi est, omnem omnino spem abiicere, *turpiter desperatur, quod fieri potest*, iudice QVINCTILIANO, 160) ii demum miseri sunt, qui suis fortunis desperare coeperunt omnibus. VERA miseria nil aliud est, quam adpetitus afflictio ex deprauatione iudicii proficiscens, teste FICINO. 161) SECUNDA igitur heautometriae regula esto: CAVE tibi a nimia diffidentia abiecti animi, et cogita cum homo sis, nihil a te humani esse alienum (§. XXXXVIII. LIII.) si philosophis bene est, valere enim hoc demum est, sine hoc aeger est animus, 162) sapere aude et ista aucupari, quibus vir bonus esse, et ex intentione diuina tuam in hac et altera vita possis obtinere felicitatem, de reliquis parum sollicitus. NUM quid hoc quoque a deo aliquis exigit, vt honorum virorum etiam sarcinas seruet? remittunt ipsi hanc deo curam, externa contemnunt, inquit SENECA. 163) SAPIENTER in hanc rem monet IO. IAC. RAMBACH: „Man muss sich bemühen ein rechtes Urtheil von seiner Capacitaet zu faellen und sich genau prüfen, wozu man von Gott quoad naturam et gratiam einige Gaben empfangen habe, etc. dass man das Mass nicht zu klein nehme, h. e. ex principio diffidentiae, die von Gott empfangene Gabe verlaugne, etc. 164)

## §. LV

SED ne in oppositum diffidentiae delabamur vitium adrogantiae nimiaeque confidentiae, tertia heautometriae regula esto: MAIORA viribus tuis non aude, nec plus, quam facultatum tuarum mensura, aut vocationis tuae iura permittunt, tibi tribue. EODEM conlineat RAMBACHII laudati consilium: „Dass man das Mass nicht zu gros nehme h. e. sich nicht zu viel zutraue und sich mehr arrogire, als man empfangen hat, und ex principio nimiae confidentiae nach Dingen strebe, dazu man keine Gabe und capacité hat, etc. 165) (§. XXXXVII. LIII.)

F 3

LIII.)

159) De prouid. cap. vi

162) SENECA ep. xv

160) Instit. orat. lib. i. cap. x

163) De prouid. cap. vi

161) Epist. lib. i. IO. BAPT. BERN-

164) Im Wohlunterrichteten Studioso

ARDVS in seminario philos. tom. II.

Theol. p. 838

p. 602

165) l. c. p. 838

LIII.) AUDIAMVS quae in hac rem adposite suadet SENECA: „INSPI-  
 „CEBE debemus primum nosmetipsos, deinde quae adgrediamur negotia, dein-  
 „de eos quorum caussa, aut cum quibus agendum est. ANTE omnia necesse  
 „est seipsum aestimare, quia fere plus nobis videmur posse, quam possumus, etc.  
 „AESTIMANDA sunt deinde ipsa quae adgredimur, et vires nostrae cum re-  
 „bus, quas tentaturi sumus, comparandae. DEBET enim semper plus esse,  
 „virium in latore, quam in onere. NECESSE est opprimant onera, quae fe-  
 „rente maiora sunt etc., RELINQUENDA, quae latius actu procedunt, nec  
 vbi proposueris, desinunt. 166) NI fallor huc quoque facit sententia magni  
 LEIBNIZII: *Wir koenten mehr thun, wenn wir weniger thaeten*

§. LVI

HANC regulam sequatur quarta: NEMINEM contemne, nulliusque laudibus  
 detrabe, nec in officio exsequendo famam aut opes, sed quod tuarum partium est, sectare.  
 SOLENT qui nimium sibi tribuunt, semper de aliorum fama detrabere, ex sen-  
 tentia NEPOTES, 167) CVM vero sibi nimium tribuere inter vitia ponen-  
 dum sit, (§. LV.) etiam hunc contemptum aliorum esse vitandum, et sacrae lit-  
 terae suadent et iubent, et recta ratio, quarum effata ne adducamus prohibet  
 et multitudo et rei euidencia. 168) EQVIDEM non est diffitendum, in ea nos  
 incidisse tempora, vbi cum CHARINO TERENCEII frustra querimus: HOC-  
 CIN' est credibile, aut memorabile, tanta vecordia innata cuiquam ut siet, ut malis  
 gaudeant, atque ex incommodis alterius sua comparent comoda? Ab! id ne est ve-  
 rum? immo id est genus hominum pessimum. QVIN μέτρον qui negligunt, (§. LIII.)  
 sibi soli sapere videntur, famam aucupantur aut opes, solis sibi quasi debitas,  
 parum aut diuinam curent intentionem, aut nullam aliorum perfectionis hono-  
 ris et salutis habeant rationem, fieri prorsus nequit. IBI tum eorum impuden-  
 tissima oratio est, quis tu es? quis mihi es? cur meam tibi? heus, proximus sum  
 egomet mihi. ATTAMEN vbi fides? si roges, nihil pudet. 169) HOSPITEM  
 esse oportet et omnium rerum nostri aevi ignarum et expertem, qui quanto  
 contra hanc heautometriae regulam nostri peccent homines opere, dum omni-  
 bus aliis se praeferrere cupiunt temere, non perspiciat (§. LV.)

§. LVH

HEAVTOMETRIAE nostrae quinta nobis regula in praesentiarum esto:  
 ALIOS conuertendi, eosque in tuas pertrahendi partes et sententias pruritu desudare  
 inepto, et multum laborare, noli. AB erroribus quidem et vitiis alios auocare  
 modeste, non est εἰς τὰ ἄμεινον κωλύσθαι, illud enim est alterum reddere  
 perfectiorem. (§. LIII.) SED eius hoc esse, qui ipse sana mente praeditus,  
 sensu veri falsique gaudet, meliora et rectiora edoctus, quique illud: MEDICE  
 cura teipsum, in se prius expertus est, et ad hoc negotium rite praeparatus et  
 vocatus diuinitus accedit, norunt omnes. AT multi parum de se suarumque  
 emen-

166) De tranq. animi cap. IIII. v

167) NEPOS in CHABRIA III. 3

168) I. PETR. V. 2. 5. GAL. V. 26.

PHIL. II. 3. IACOB. IIII. 6. IO. II. ROM.

XII. 3

169) TER. Andria, act. IIII. sc. I.



emendatione facultatum doctrinarum et morum folliciti, vana de sua perfectione et excellentia persuasione lymphati et abrepti, sine habilitate, iure, vocatione, in aliorum conuersionem, vel potius vt ita dicam peruersionem, noui quasi, si diis placet, gentium doctores, temere inruunt, 170) cuius rei luculentum offert HERRENVTHIANORVM nostra aetate cacoethes et cacozelia, exemplum. NEC ab huius generis vitio longius abesse puto, qui vel inter ipsos suae religionis, quam veram esse putant, statores, ausu praepostero eandem aliis vi et fraude obtrudere adlaborant temere, nulla temporis, modi, causae, obiecti, finis, loci, et effectus habita ratione. 171) QUA iste pruritus, alios conuertendi et in suas partes et opiniones trahendi, pugnas et quantas strages ediderit, quantam calamitatum messem protulerit, omnium temporum et historicorum loquuntur monumenta, adeo vt de vnico salutis nostrae adminiculo poeta, nescio quis, non iniuria sit conquestus: TANTVM religio potuit suadere malorum. QUI se iusto modulo et pede metiuntur, aequo animo ferunt dissentientes, probe gnari, non omnium esse eandem ad veri cognitionem perueniendi viam, nec adeo sibi SVFFENI videntur, vt nihil rectum, nisi quod ipsorum moribus conueniat, putent, ad ἀληθεύειν ἐν ἀγάπῃ vnice intenti, et ad modestam, quemlibet suo abundare sensu, prouisi permissionem

§. LVIII

SEXTA quam sibi praescriptam esse putant, εαυτὰς μετρεῖντες κατὰ τὸ μέτρον τῆ κανόνος ἔμέρισεν αὐτοῖς ὁ θεός est regula: NE declamationibus more circumforaneorum circulatoria iactatione ubique se ostentent, aliis laudes suas iniussi occinant, et coniunctam sine sapientia, sine modestia, cum stultis περιαιτολογία loquacitatem adfectent. FESTIVE ad modum hoc quondam exposuit vitium inlustris MENCCKE, sub nomine charlataneriae, quod cane peius et angue fugiunt suarum imbecillitatum sibi conscii viri probi et modesti, 172) memores triti sermone prouerbii: NON te laudabis, nec te culpaueris ipse, hoc faciunt stulti, quos gloria vexat inanis QVIN eiusmodi agyrtae enim et seplasiarii, suarum laudum molesti buccinatores, plus sibi quam decet tribuant, fieri nequit, quod regulae tertiae supra adstructae, repugnat manifeste. (§. LV.) EQVIDEM non omnis semper propriis laus sordet, 173) maxime tum, cum iniuste detrahentibus nostris meritis et virtutibus, et vocationem nostram in dubium vocantibus temere, sit obcurrendum, vnde et ipse apostolus pseudoapostolis obcursum, ista se non abstinere potuit penitus. (§. VIII) SED longe alia est honestae nostrorum meritorum commemorationis, iustaeque nostrae vocationis et existimationis defensionis ratio, quam putidae iactantiae sefferentis insolentius, quae deinceps plerumque coruos deludit hiantes.

§. LVIII

HINC etiam iuste se suaque metientibus familiare est quod septima regula

170) IEREM. XXIII. 21. 22. ROM. II. 19. - 24. IAC. III. 1. 2

171) Vid. I. I. RAMBACH l. c. p. 795

172) Orat. de Charlataneria eruditor.

173) Vid. FRID. CHRIST. BAVMEISTERI diss. num propria laus semper sordet?

gula praecipit: NE caecam obedientiam et adulationem, quae proprie blandimentum est canum, interprete NONIO aut aliis exhibeant aut postulent ab aliis, multo minus in alios stulte sibi tribuant imperium, maxime in conscientias. QUI obsequitur ut emolumentum aliquod adipiscatur, atque id vel pecuniis, vel iis rebus quae pecuniis comparantur, adulator est, inquit ARISTOTELES, 174) μεγαλόψυχος πρὸς ἄλλον μὴ δύνασθαι ζῆν, ἀλλ' ἢ πρὸς Φίλον, δεικνὸν γάρ. Διὸ καὶ πάντες οἱ κόλακες, θητικοί, καὶ οἱ ταπεινοὶ κόλακες. 175) ADVLATIO et adsentatio sunt vitia animi angusti, viri mendacis, ignavi, servilis, inutilis, humilis, abiecti, e timore manantia nullam benevolentiam in se habentia, quod iudicium est FRANC. PATRITII. 176) CONSCIENTIIS vero imperandi qui sibi adroganter adsciscunt facultatem, ipsum dei in homines regimen sacrilegis ad se rapere manibus et incivilius atque violentius agere videntur. (§. LV.) 177) DOLENDVM interim in hac rerum vniuersitate hoc βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως adeo regnare non numquam, ut contra adulationes parasiticas ex vna, et furores tyrannicos papismum adfectantium ex altera parte vix hiscere liceat viro honesto, nisi aut ostracismum pati velit aut proscriptionem et aqua et igni interdicti

§. LX

CUM vero in toto heautometriae negotio omnis cardo in mensura virium et δοκιμασία τῶν πνευμάτων versetur, ii qui iusto se modulo ac pede metiuntur κατὰ τὸ μέτρον τῆς κανόνος, etc. (§. LIII.) quae octava nobis sit regula: EXAMEN spiritum sibi commendatum habent, ne aut alios ex suo ingenio iudicent, aut in declarandis sibi conlatis viribus prudentiam negligent. (§. XXXVI.) 178) AD aliorum quoque vires cum relatione ad nostras respiciendum est, ne aliorum meritis et laudibus quidquam detrahamus, (§. LVI.) cum in conlatis nobis viribus declarandis, quae sit adhibenda prudentia ex superioribus pateat. (§. LVIII. LVIII.) SVM cuique tribuant ἑαυτὰς μετρεῖντες, ita nec aliis nec sibi ipsis quidquam derogabunt, illud est nimium, (§. LV. LVI.) hoc minus quam decet, sibi tribuentium, (§. LIII.) ad vtrumque vitandum aliorum et sui ipsius necessaria est virium et vocationis exploratio, et in declarando prudentia

§. LXI

SIC in isto heautometriae studio strenue occupati et exercitati, multa vitabunt, quibus implicari solent id negligentes vitia, quae de vitiis eruditorum solent enumerare scriptores 179) v. g. stultitiam, quae est nimia ingenii affluentia, vbi vanus animus, aura captus friuola, adripuit insolentem sibi fiduciam,

- |  |   |
|--|---|
| 174) De moribus ad NICOM. I. III. c. 6 | των δοκιμασίας. IO. CORN. DANN-             |
| 175) IDEM cap. 3. l. c.                | HAYER et GOTTF. OLEARIVM de                 |
| 176) De regno, cap. 4                  | probatione spirituum etc. II. COR. XIII, 5. |
| 177) I. COR. X. 29                     | I. THESS. V, 21                             |
| 178) I. IO. III. I. vid. IO. DEUTSCH-  | 179) I. G. BVCHNER de vitiorum in-          |
| MANNI diss. περὶ τῆς τῶν πνευμά-       | ter eruditos obcurrentium scriptor. etc.    |

ciam, facile ad derisum stulta leuitas ducitur: 180) *egoismum morale*, quo qui laborant se solos scientiarum crepant statores et HERCVLES MVSARVM artiumque, quae omnes sine horum ope languerent, et vt ipsi de se opinantur, interciderent ocius: 181) *pharisaismum*, quo abrepti omnis pietatis documenta in inlustri posita monumento in se intueri, vnde omnes quod imitentur sumere sibi exemplum iubent: 182) *thrasonismum et charlataneriam*, quando scientiae et virtutis expertes verbis iactantes gloriam, ignotos fallunt, notis sunt derisui: 183) *MACHIAVELLISMVM litterarium*, quo variis artibus et praestigiis famam sibi, iratis MVSIS, parare student homines insulsissimi inprobissimique: 184) *πολυπραγμοσύνην*, qua quis ad plura quam quibus par est, fertur studia et negotia, et inuita in omnia omnium facultatum et scientiarum se ingerit studia MINERVA: 185) *pedantismum*, quo contagio infecti ostentatores, laureolam in mustaceo quaerunt: 186) *libertinismum sentiendi*, quo citra modestiae fines omnia sibi somniandi et effutiendi permittunt facultatem nugigeruli: 187) *plagium*, quo alienis superbire bonis gloriae sibi ducunt ignavi et omnium rerum ignari, qui alienis hortos suos inrigant fontibus: 188) et huius generis alia vitia

§. LXII


LONGE plura sunt, quae ex adlatis huc adscribere possem consecraria, nisi mihi esset verendum, ne nostris temporibus, quibus nec vitia nostra nec remedia pati possumus, in odium offensionemque incurrerem eorum, qui omnis heautometriae ignari, inani tumentes superbia, *tunc sibi* vt loquitur DIETERICVS, 189) *videntur impleuisse nomen viri magni, si patritio supercilio despicere possunt omnes illos, qui desiderio litterariae rei augendae demittunt se ad hasce minutias, vt videntur nostris eruditionis gigantibus, quorum auctoritas plurimum nocet rei litterariae et obicem ponit inquirenti.* EA propter haec sufficiant.

G

NOBI.

- 180) PHAEDRVS lib. v. fab. 7  
 181) HIOB. XII. 2  
 182) MICH. LILIENTHAL *de Machiauellismo litterario* p. 144. seq.  
 183) FRID. ANDR. WALTHER *de nonnullis eruditorum vitiis, praesertim de thrasonismo eorum*, Götting. 1748. WILHELM SALDENVS *de libris varioque eorum usu et abusu*, lib. 11. c. 3. BVCHNER l. c. p. 139. LILIENTHAL l. c. p. 48 54. 150. MENCCKE l. not. 172. c. etc. PHAEDRVS lib. 1. fab. 9  
 184) LILIENTHAL lib. cit. PHI-  
 LIATRI *medicin. Machiauellus*. DIKA-  
 IOPHILI *Juristischer Machiauellus*, alii

- 185) Vid. not. 154. citatos  
 186) VLR. HVBER *de pedantismo*. BVCHNER l. c. p. 126. *Hamburg. vermischte biblioth.* tom. 1. p. 405. et IOACH. LVDOV. SCHMELZEISEN *de pedantismo luridico*. VIGNEVL MARVILLE *melanges* tom. 111. p. 132  
 187) G.S. TREVER *de limitibus libertatis cogitandi*  
 188) I. THOMASIVS *de plagio litter.* PHAEDRVS lib. 1. fab. 3. BVCHNER. l. c. p. 159. LILIENTHAL l. c. p. 173  
 189) IO. CONR. DIETERICVS *in specillo chrestomatriae GRAECAE* p. 5



\* \* \*

NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO  
**HENRICO RECK**

S. P. D.  
**P R A E S E S.**

---

**E**x quo primum suauissima TVA, OPTIME RECK, vti mihi fortuna sese obtulit consuetudine, praeter modestiam atque humanitatem, quibus TE ornatum perspexi, statim quoque honesta TVI erga me fauoris argumenta declarasti. POST ea in TE, non sine singulari voluptate, certissima bene abs TE in nostro MVSARVM domicilio conlocati triennii, deprehendisse mihi visus sum indicia, cum et elegantiorum et sacrarum litterarum cultura diligenti, TE optimos secutum doctores, insignem TIBI comparasse sapientiae prudentiaeque thesaurum sensi, vt quid distent aera lupinis, probe habeas perspectum cognitumque. PLACVIT TIBI deinceps, deo duce me vero comite, cathedram conscendere, et in defensione nobilissimi argumenti publicum perspicientiae veri sollertiaeque TVAE edere documentum, quae omnia ita comparata sunt, vt et laetandi de TVA amicitia, et TIBI de exantlatis feliciter in bonarum artium et sacrarum scientiarum studiis laboribus, vehementer gratulandi amplissimam nactus sim occasionem. QVAM dum avidissime amplector, non more vulgari hanc epistolam huius meae laetitiae et publicae gratulationis exstare volui testimonium, cui adiungo votum ex animo profectum, vt omnia TIBI in posterum iucunda et prospera per longam annorum multorum seriem eueniant, quo eo certius TVI TVAQVE patria, res sacra et litteraria, omnesque boni, diligentia virtute doctrinaque TVA fruantur diutissime vberrime! VALE! DAB. IENAE die qui mihi natalis est LIIII. IVNII XVIII. A. R. S.

CLO IOCC XXXVIII



Coll. diss. 17.37, misc. 63